

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

ardentes concharum lapides capitis honorem facere , suspendere ex auribus patrimonia , brachia ornare monilibus ac latera , & inclusas auro gemmas à collo in pectus demittere. Legerat ( vt opinor ) illud Seneca de Beneficiis lib. viij. Video vñiones non singulos singulis auribus comparatos . Iam enim exercitata aures oneri ferendo sunt. Iunguntur inter se , & insuper alij binis supponuntur. Non satis muliebris infania viros subiecerat , nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pendissent. Quin & Plautus ( vt id illi addas ) in Epidico scribit , mulieres esse totis fundis exornatas. Et Ouidius libro iiij. de Arte amandi , illud grauiter proclamat,

*Quis pudor est , census corpore ferre suos?*

In quam etiam sententiam Columella in prafatione lib. xij. grauiter quoque damnat vestes muliebres totis censibus redemptas.

*Ornatust mulie  
bris totis cens-  
bus & patri-  
monijs redem-  
ptus.*

22 ¶ Sed vt ad Senecā redeamus , is ad ea , quæ ex ipso adduximus , illud subdit: Video sericas vestes , si vestes vocandæ sint , in quibus nihil est , quo defendi aut membra , aut corpus , aut denique pudor possit. Quibus sumptis mulier parū liquidō nudam se non esse iurabit. Et Diuus Ambrosius in lib. de Nabuthe Israēlita , c.v. Delestantur , air , compedibus mulieres , dummodo auro ligentur : non putant onera esse , si pretiosa sunt : non putant vincula esse , si in his thesauri coruscent: delectant & vulnera , vt aurum auribus infieratur , & margaritæ dependant: habent & gemmæ pondera sua : habent vestimenta frigora sua. Sudatur in gemmis , algetur in sericis : tamen pretia iuvant: & que natura aueratur , commendat auaritia. Smaragdos , & hyacinthum , beryllū , achaten , topazion , amethystum , iaspis , sardam summo quærunt furore , vel si dimidium patrimonij petatur. Non parcunt dispendio , dum indulgent cupiditatē. Ante hos Diuus Chrysostomus in Genes. Homil. xlj. Multa est mulierum mollities , & omne studium in cultu vestium , in auratis , & collaribus , & externo ornatu : anima verò nulla est cura. Quibus respondet & illud Cornelij Celsi , cuius hæc verba sunt ex lib. vj. c.v. Eripi sc̄eminis cura cultus sui non potest. Sed & Valerius ipse lib. ix. tit. loquens de abrogatione legis Oppiæ , qua cultus muliebris frænis quibusdam fuerat coërcitus. Si animi ( inquit ) muliebris apparatus intueri potuissent , quibus quotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est , in ipso introitu ruenti luxuria obſtitissent. Et mox huius rei rationem reddit: Mulieres ( inquit ) imbecillitas mentis , & grauiorum operum negata affectatio omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conuertere. Synesius Cyrenensis in oratione de laudibus Caluitij , Fœminis , inquit , semper & vbique terrarū fuit decorum studium comendi. Plinius lib. ix. cap. xxxv. Elenchos , inquit , digitis suspendere , & binos & ternos auribus , sc̄eminarum gloria est.

23 ¶ Galenus , quo loco cosmetica cōmemorat , quæ nigricant , dealbant , rufant , aliās ve venustant capillos ( quæ sc̄eminarum peculiaris cura est ) ita vidisse se complusca las mulieres immodica affectati capillitij curiositate defunctas , cū caput huiusmodi pharmacis medicamentis que letifera frigiditate vexarent. Locus cius rei est , libro primo de medicamentorum compositione secundum locos , c.xix. quod & idem scribit Aëtius Tetrabil. lib. ij. Sermone ijc. lvij. Ex quo satis liquet , mulieres parum sue saluti consulere , dum cultui ornatiisque corporis impensis student. Ut iam non mirum sit , si mulieres omnium primæ hanc tingendorum capillorum artem excogitarunt , vt tradit D. Clemens lib. vj. aduersus gentes , & Eusebius Preparationis Euangel. lib. x. cap. ij. Minisque etiam mirum sit , quod traditur Eriphylen Amphiarai vxorem , monile mariti vita prætulisse , vt postea dicimus in xij. lege connubiali , nu. 2. Vnde illud Ouidij lib. j. Amorum , Eleg. xiiij. in puellam cui ob nimiam capillorum curam comæ ipsa deciderant:

*Dicebam , desiste tuos medicare capillos:*

*Tingere quam posis , iam tibi nulla coma est.*

& cetera quæ sequuntur.

¶ Sed

*Eriphyle moni-  
le mariti uite  
præstult.*

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

24 ¶ Sed vt redeamus , Seneca de Consolatione ad Albinam , sc̄eminis , inquit , omnis commendatio ex forma petitur. Germanorum est dipterium , vice prouerbij apud eos celebratum , teste Bebelio , quatuor maximè cupere mulieres : amari à pulchris iuuenibus , pollere plutimis filiis , ornari pretiosis vestibus , & dominari in domibus. Maria. autem in d.c. veniens , quo loco suprà citauimus , dicit hac potissimum voluptate , videlicet cultus & ornatus , gaudere sc̄eminis : *Quod & ipsum confirmat diuinus ille Hieremias in sua epistola , relata à Prophetā Baruch , in 6. cap. Et sicut virgini ( inquit ) amanti ornamenti , &c. Quod cum ex his quæ diximus , satis probatur , tum verò maximè ex eo , quod mulieres sua ornamenta secum sepulchro inferri iubent : adeò impotens est hic affectus , vt vel mortue non abstineant. Cu- ius rei exemplum nobis reliquit Sc̄auola Iurisconsultus , qui in l. vlt. §. vi. D. de aur. & argen. retulit , mulierem suo testamento statuisse , secum in sepulchro se peliri linea duas ex margaritis , & viriolas ex smaragdis , quas ornatus causa compara- rat. Artemidorus Daldianus lib. iiij. c. v. In somniis , inquit , monilia , catenula , & lapides pretiosi , omnisque ornatus muliebris circuncollaris , mulieribus bonus ornamenti in somniis quid portendant.*

25 ¶ Huius autem vehementissimi affectus muliebris habemus exempla memorabili. Brennus ille rex Gallorum Asiam diripiens , cū Ephesum aduentasse , plebeiam quampiam puellam adamauit , quæ & concubitum & Ephesi proditionem pollicita est , si mundum sibi muliebrem , & manuum ornamenta tradiceret. Orans igitur milites , vt in virginis sinum aurum , quod gestabant , immitterent , fecit , vt sub magna vi auri via obrueretur. Alterum non dissimile id est: Romanis bellum contra Albanos gerentibus , Tarpeia virgo nobilis , Capitolij custos , sc̄e aditum in Tarpeium collēm tradituram esse promisit , si quæ ornatus gratia cerebat monilia , mercedis loco tradidissent. Id vbi statuerunt , viuentem monilibus obruerunt. Prioris autor est Clitophon , Rerum Gallicarum libr. j. posterioris , Aristides Milesius , in libr. Rerum Italicarum , & Dionysius Halicarnasseus , libr. jj. Antiquitatum Romanarum , ex Fabio pictore , & Lucio Cincio: & vtriusque Plutarchus Charoneus Parallelorum cap. xxx. & sequent. & iterum posterioris , ipse Plutarchus in Romulo , Liuius libr. omnium primo , Ouid libr. j. Amor. Eleg. x. Quanquam Simulus Poëta antiquus ( vt cum vocat Dionysius Halicarnasseus , libr. jj. & Propertius libr. iiiij. Elegia jj. aliter eam historiam referant: vt & nos dicemus infra , in ix. lege connubiali , num. 113. incip. omitto eas : ita tamen , vt & ea videas , quæ dicemus infra in Psellio.

26 ¶ Nec mulieres tantum impudicæ , sed & pudicissimæ quoque , eo affectu maximè premuntur , ita vt ob id nonnunquam in suspicionem impudicitiae veniant. Legimus enim , Claudiam Vestalē , cū semper habita esset impudicia ob nimios corporis cultus , cū ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita , & in vado Tiberini fluminis nauis , in qua veheretur , hæsisset , nec villo modo , aut vila vi commoueretur , Deam submissis genibus orasse , vt si se castam iudicaret , suum cingulum sequeretur : ita nauim , quæ ab omni iuuentute non valuit commoueri , ab vna illa muliere fuisse commotam , quod à Latantio scriptum est , libr. jj. qui est de Origine erroris : & nonnihil etiam tradit Liuius libr. ix. jj. Belli Punici , & Plinius libr. vii. cap. xxxv. & alter Plinius Iunior , in libr. Virorum illustrium. Ex quo & illud est Ouidij libr. jjij. Fastorum de eadem:

*Castæ quidem ( sed non est credita ) rumor iniquus*

*Loferat , & falsi criminis acta rea est.*

*Cultus , & ornatos variè fudiisse capillos ,*

*Obfuit , ad rigidos linguaque prompta sonos.*

47  
*De eadem re.*

*Mulieres mor-  
tæ sui cultus  
studiosæ.*

*Ornamenta in  
sommis quid  
portendant.*

*Mulieres pa-  
tria orname-  
tis poſtponunt.*

*Mulieres inſu-  
ſpicione im-  
pudicitie ue-  
niunt ob cultū.*

Luius lib. ab vrbe condita, iiii. memorie prodiit, Posthumam & ipsam virginem Vestalem de incestu caufam dixisse, criminis obnoxiam ob suspicionem propter cul- tum amicorem, tandem absolutam: sed eam tamen Pontifex Maximus sancte potius, quam scite, Deam colere iussit. Et haud multo post de sanctis quoque fœminis loquar, quæ se non indiligerent ornarunt: id quod mariti admodum considerare debent, ne si vxores ornatus forte sint studiofiores, eas ob id impudicas suscipientur. Ad quod etiam vide, qua dicam infra num. 9. incip. & quod magis, & qua præterea dixi ex D. Hieronymo ad Gaudientium, suprà nu. 21. incip. in qua re.

27  
Ornamento=rum infinita ge-nera.

**P**Ex hoc autem vehementissimo fœminarum affectu prodierunt tot ornamentorum, tot instrumentorum, tot repositoriorum, aliarumque rerum ad eam rem pertinentium genera, & antiquis, & nostris temporibus à fœminis (vt reor, & verisimile est) excogitata & inuenta, quæ emere mariti cogitur ad extremam interdum inopiam: quæ nos ex ordine Alphabeti, & Græcis & Latinis nominibus, aliqua ex parte (quis enim omnia posset?) huc subnecitemus. Et primùm quidem cetera, mox repositoria.

**A**CARIS, ἀκρης, annulus minimi digiti, Polluci lib. v. ὁρομασικός: ita dictus ob paruitatem.  
**A**CCVBITALE, vide infra Cubitale.  
**A**CONTIA, ἀνόπτα, calcii muliebres. Vide infra Pœcilia. In aliis autem significacionibus reperies, apud Plin. lib. iij. c. xxv. & Aetium Serm. 3. c. xxvi.  
**A**CROSPHYRIA, ἀκροφύρα, genus calceamentorum muliebrium Polluci lib. viij. c. xxij.  
**A**CVS, posita inter ornamenta muliebria, in l. argumento. §. ornamenti. **D**. de auro & arg. leg. & Esaïæ cap. 3. ea est, qua, vt inquit Festus, aut, vt alij vocant, Sextus Pompeius, sarcinatrix vel ornatrix vtitur. Nam ea est in duplice vstu mulieribus, tum vt vestes, & huiusmodi ornamenta confarcinentur, (quæ vulgaris est significatio) tum vt capilli discernantur. Ouid. lib. j. de Arte amandi:

-Aminoïda Thesæus

Abstulit à nulla tempora comptus acu.

Et lib. j. Amor. Eleg. xiiij.

Non acus abrigit, non vallum peclinis illos:

Ornatrix tuto corpore semper erat. Et paulò post:

Eridit adnotas ipse capillus acus. Et Iuuenal. Sat. ij.

Ille supercilium madida fuligine tinetur.

Obliqua producit acu. - Et Martialis lib. xiiij. Epigram. xxiiij.

Tenuia ne madidos violent bombycina crines,

Figat acus tortas sustineatque comas.

Id eoq; acus crinalis dicitur Apuleio, li. viij. Metamor. Et discripnalis D. Hieronymo aduersus Rufinum. Id autem videtur esse: quod etiā Calamistrum, & Discerniculū vocamus: de quibus dicemus postea suis locis. Et de his est illud eiusdem Hieronymi in illud cap. iiij. Esaïæ. Habet acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & in sparsos disiipient capillos.

**AEGLE**, ἄεγλη, ornamentum pedum muliebrium, apud Pollucem lib. v. cap. xvj. ex Menandro, & Nicostrato, Poëtis Comicis: fortassis à splendore dictum: nam αἴρει splendorem quoque significat.

**AEGIS**, ἄεγις, ornamentum pectorale, Polluci codem loco. Ouid. autem lib. iij. de Arte amandi, Aegidem appellat gemmas, & alia huiusmodi ornamenta, quibus deformitatem tegunt mulieres:

-Gemmisque aurisque teguntur

Omnia pars minima est ipsa puerula sui.

Sepe, vbi sit quod amet, inter tam multa requiratur:

Decipit hac oculos agide diues amor.

Id autem metaphorice. Aegis enim, vt scribit Seruius in lib. viij. Aeneid. est munitum

mentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput.

**ALYSIES**, ἀλύσις, inter ornamenta muliebria ponuntur Nicostrato Poëta Comico, Clementi Alexandrino lib. iij. Pædagog. cap. xij. eodemque vlt. & ipsi Polluci libr. viij. cap. xxij. ad finem. Vbi Gualtherus traducit Catenas. Nam & ἀλύσις, catena est, & ἀλύσιος catenula, torques. Vide infra in Crico.

**AMBRA CIDES**, ἀμβρακίδες, genus calceamentorum muliebrium Polluci vbi suprà nuperrime.

**AMICORIA**, quæ sindones esse ait D. Hieronymus in Esaïam cap. 3. De finibus autem dicimus suo loco. Cæterum est amictorij apophoreton apud Martial. lib. xiiij. Disticho cxlix.

**Mammulas metu**: tenere me trade puerelle,

Vt poſtint niueo pectori linea frui.

Ex quo potes intelligere, qua in re vñsi sit mulieribus.

**AMICULVM**, genus vestimenti, à circumiectu dictum, apud Festum Pœcium: quod & viris tribuitur, teste Q. Curtio, loquente de Dario, libr. iiij.

**AMPHEONION**, ἀμφέωνιος, vestimentum commune virorum & mulierum, vt tradit Pollux lib. viij. cap. xij. vbi Gualtherus traducit, palliolum.

**AMPHIDEAE**, ἀμφιθæa, ornamēta iuncturarum manuum, apud Pollucem lib. v. cap. xvj. vbi etiam dicit eas pertinere & ad brachia, & ad pedes. & lib. viij. c. xxij. ad fin. vbi Gualtherus vertit, redimicula.

**AMPHISPHYRA**, ἀμφισφυρα, genus calceamenti muliebris, eidem Polluci, loco postremo citato.

**AMPULLA**, genus ornamenti, Græcis πουφόνις dictum. Vnde Ampullaceam vocat Plautus in Menemh. mulierem ampullis exornatam.

Quando te auratam & bene vestitam habet ampullaceam.

Sic enim legit Erasmus, & non Ampulla spem, sive Ancillas penum, vt vulgo legebatur.

**AMPYX**, ἀμπυξ, Homero memoratus inter capitib; ornamenti, vt dicit Pollux lib. v. cap. xvj. Locus autem Homeri (quem tamen non designat) est lib. iij. Iliad.

Ἄμπυξ λειρύφαλόν, οὐδὲ πλεκτὴν ἀναθέσημη.

Vbi Andreas Diuus interpretatur reticulum: vt etiam vertit Rodolphus Gualtherus apud Pollucem. Alij dicunt esse catenam auream à fronte protensa, qua comæ colliguntur: quod Frontale alij dicunt.

**ANABOLE**, ἀναβολὴ, amictus, pallium, ἡσίλημα, de quo dicemus inferiūs. Huius meminit Athenæus lib. vij. Variæ Historiæ. Symmachus autem eum locum Esaïæ 3. vbi Latinus interpres vertit, mutatoria, significantius traduxit ἀναβολὴν, vt scribit D. Hieronymus, eum locum interpretans: qui subdit, hæc esse ornamenta vestium muliebrium, quibus humeri & pectora proteguntur.

**NADEMA**, sive Anadesma, (vtrunque enim reperitur apud bonos autores) de quo fit mentio in l. quamuis. **D**. de aur. & arg. leg. & apud Lucretium lib. iij.

Et bene parta patrum sunt anademata, mitra.

& apud Suidam, qui dicit id esse capitib; ornamentum. Et dicitur vtrunque ab ἀναδέσι verbo, quod corono, ligo, exorno significat. Vnde ἀναδέσι quoque apud Homerum libr. paulò ante allegato, pro capitib; ornamento: & ἀναδέσι, pro mundo muliebri. Rodolphus Agricola apud Pollucem vertit redimiculum. Pollux autem ipse lib. v. cap. xvj. ponit, vt diuersa, ἀναδέσι, & ἀναδέσι.

Vbi Gualtherus primū vertit coronam, alterum mitram.

**NALECTIDES**, ἀναλέκτιδες, quibus ex xylo lino, vel quavis alia materia, tanquam pulullis, mulieres constipant scapulas prominentes, vt habitiores videantur. Ex quo Ouidius lib. iij. de Arte Amandi:

Conveniunt temneat scapulis analæctides altis:

Anæctum circa fascia pectus eat.

**ANAMASCHALISTER**, ἀναμασχαλιστής, ornamentum pectoris vel capillorum apud Pollucem lib. v. cap. xvj. ex Philippide Comico & Ἀδωνιαζούσας.

A N A X

IN TERTIAM LEG. CONNV.

**A N A X Y R I S**, *ἀναξυρίς*, subligaculum, feminine, proprium Persarum, vt tradit Strabo lib.ii. & xv. quod Eustathius dicit id significare, quod Romani Bracion vocant, *ἰν τῷ ἀνασύρδι*, mutato σ in η. quod aliquando vsuuenire probant Grammatici. Idem autem Eustathius in libr. Iliad. iij. non Bracion, sed Bracam scribit: quod & Suidas tradit, & Hesychius. Et nos vulgo Bracam *Bryze* vocamus: qua & nostræ formæ nonnunquam vtuntur. Accipitur etiam Anaxyris pro calceo altiusculo, *παρὰ τὸ ἀνασύρδι*, quod sursum trahatur, quasi dicas *ἀνασύρης*. Nam & Terrullianus ostendens id esse calceamenti quoque genus, in lib. de Pallio, Cur. inquit, non & anaxyrin calceari? De anaxyride meminit Plutarchus in Vita Alexandri. Vide quoque infra Antapodia, & Cybarsia. Est autem aliâs *ἀνασύρης* genus lapathi, apud Dioscoridem lib. iij.

**A N C H V S A**, *ἄγχεα*, à Polluce lib. vij. cap. xij. inter ornamenta muliebria posita. Verum & eodem nomine herba est, de qua Plinius libr. xxij. cap. xx. apud nos Orchaneta vulgo dicta, mulieribus non ignota ad genarum pallorem oculendum: ita vt magis inter fucos sit connumeranda, quam inter ornamenta.

**A N G V I C V L A**, Græcè *Ὥρη* dicta, ornamentum iuncturarum manuum, apud Pollucem, lib. v. cap. xvij. vide infra Ophis.

**A N N V L V S**, vulgo notus.

**A N T I A E**, nonnullis inter ornamenta mulierum posita. Festus Pompeius lib. j. Antias dicit vocari muliebres capillos, in frontem demissos: ab eo quod Greci *ἄντι* dicunt, quod nos contrà. Vide infra Procomion. Apuleius lib. iij. Asini aurei, hos crines Antependulos vocat: & alibi, videlicet in Florid. Anteuentulos, & Propendulos.

**A P H R A C T A**, *ἀφράτη*, à Polluce libro vij. capit. xxij. calcei muliebres dieti. Quamvis sciam, id & genus esse nauigij, Ciceroni lib. Epist. ad Atticum v. non semel.

**A P O D E S M V S**, *ἀπόδευτη*, ornatus muliebris Polluci lib. vij. cap. xxij. ad fi. vbi mitram vertit Gualtherus.

**A R L I N E V M**, ornamentum capitis muliebris Festo Pompeo lib. j. in quibusdam autem codicibus legitur Arlineum.

**A R M I L L A E**, quas Priscianus Brachialia vocat, alij quoque Brachonia, aut Peribrachiona: quæ cuiusmodi sint, satis declarat Historia scripta à Liuio, lib. j. ab vrb. condì. Additur (inquit) fabula: quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis, brachio latuo, gemmatosque magna specie annulos haberint, pepigisse eam, quod in finistris manibus haberent: eo scuta pro aureis donis congesta, et carera.

Ex qua Historia depromptum est illud Ouidij lib. j. Fastor.

*Vt que leuis custos armillas capta Sabini.* Et lib. j. Amor. Eleg. x.

*Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas,*

*Vt premerent sacre virginis arma caput.*

De his est illud eiusdem Ouidij lib. j. Fastor.

*Fregerat armillas, non illa ad brachia factas.*

Loquitur de armillis Omphales, quas Hercules brachiis suis aptare volens, frigit. Atque illud Gen. 24. Protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem. Et paulò pôst: Cùm vidisset armillas in manibus sororis sua. Atque iterum postea: Et armillas posui in manibus eius. Et cap. xxxvij. Annulum tuum, & armillā, & baculum, quæ manus tenes. Et Exodi 35. Viri eum mulieribus præbuerunt armillas. Et Num. cap. xxxij. Offerimus in donariis Domini armillas. Et Reg. li. iij. cap. j. Tuli armillam de brachio illius, scilicet Saulis. Et Ezechielis 16. Dedi armillas in manibus tuis. Et secundum lxx. interpretes: Et circundi armillis manus tuas. Et Esaiæ 3. vbi ponuntur inter ornamenta muliebria. Atque illud Plinius lib. xxvij. cap. iiiij. Pueri, qui primus cederit dens, vt terram non attingat, inclusus in armillam, & assidue in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet. Vulgo autem hæc vocamus *Brasseletz*.

Hinc

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

49

Hinc Armillatus dicitur Suetonio in Caligula, cap. lij. Vide infra Viriae.

**A R S I N E V M**, vide supra Arlineum.

**A R T I A L V M**, *ἀρτίαλων*, apud Aeoles ornamentum est muliebre, quod Dores

*στίλαι* vocant, vt tradit Pollux lib. v. cap. xvij. Vide infra Sittle.

**A V R I S C A L P I A**, de quibus diximus in tractatu Medicinae.

**A V T A P O D I A**, *ἀυταποδία*, calceamenti genus, idem cum iis, quas *αναξυρίδας* alio nomine appellant: vt autor est Pollux libr. vij. cap. ccxij. De Anaxyri autem supra diximus. Vide infra Sceler.

**B A R A T H R V M**, *βαραθρόν*, in mundo muliebri connumeratum ab Aristophane in Thesmophor. & à Polluce lib. v. cap. xvij. & lib. vij. cap. xxij.

**B A V C I D E S**, calcei pretiosi, & crocei muliebres, Polluci lib. vij. cap. xxij.

**B E V T O S**, *βεύτος* Sappho, à Polluce ponitur inter vestimenta communia virorum & mulierum, libr. vij. cap. xij.

**B L A S T A**, *βλάστα*, à Comicis ponuntur inter ornamenta aurium muliebrium, referente Polluce lib. v. cap. xvij.

**B O T R Y S**, *βότρυς*, sive Botrydion, *βοτρύδιον*, genus ornamenti muliebris, apud Pollucem lib. v. cap. xvij. & lib. vij. cap. xxij. quod quale sit, non recordor alicubi declaratum. Gualtherus autem utroque reliquit vocem Græcam.

**B R A C H I A L E**, sive Brachionion, *βραχιόνιον*, de quo suprà in Armillis. Id enim & à Polluce lib. v. cap. xvij. inter ornamenta muliebria positum est. Brachialis autem argentei meminit Plinius lib. xxvij. cap. vij. & Brachialis simpliciter, Trebellius Pollio in Secundo Claudio, in Epistola Valeriani: ex quo intelliges, id virorum quoque fuisse.

**B V B A L I A**, *βεβάλια*, ornamenta mulierum, quæ circa manus feruntur, ex Polluce lib. v. cap. xvij. inter ornamenta muliebria. Horum etiam meminit Nicostratus Comicus, & postea Clemens Alexandrinus, Pædagog. libr. iij. Vbi Gentianus Heruetus vertit, Armillas.

**B V L L A**, quæ licet olim propria infantum ingenuorum esset, vt tradunt Asconius, & Macrobius lib. j. Saturniorum cap. vj. & videre licet ex Plinio lib. xxxij. cap. j. Ea tamen & mulieres vsas fuisse satis constat. Hanc in cordis figuram ante pectus annebat, vt tradit Macrobius, vbi suprà. Ex quo est illud Propertij lib. iiij. Eleg. j.

*Mox vbi bullæ rudi demissa est aurea collo.*

Dicta autem bullæ est ornatum orbiculatum & extuberans, ad effigiem illius bullæ, id est, tumoris qui in aqua fit, & repente euanescit. Ex quo est illud Varononis proverbiu, Homo bulla.

**C A L A M I D E S**, *καλαμίδης*, acus erant, quibus mulieres ad componendum capillum vtebantur: ita dictæ, quod olim ex arundine fieri consuerint, quam *καλαμηρος* Græci appellant. Calamistrum Latini vocant: de quo paulo post dicemus.

**C A L A M V S**, *καλαμηρος*, præter vulgatam significationem, à quibusdam etiam accipitur pro monili. Pollux certè Calamides à Calamis separat, libr. v. cap. xvij. vbi Gualtherus prius vertit acum, alterum Calamistrum.

**C A L A M I S T R V M** hinc dictum, vt inquit Varro libr. iiiij. de Ling. Lat. quod eo calfacto in cinere capillus ornatur: aut (vt scribit Seruius) acus est maior, quæ calcata, & fronti adhibita, torquet capillos. Hincq; Calamistratus comæ, Ciceroni in Oratione pro Sextio: & Calamistratus saltator, eidē in Oratione, quam habuit in Senatu post redditum: & Calamistratus cinædus, Plauto in Asinaria: & Calamistratus puer, D. Hieronymo ad Demetriadem, de virginitate seruanda, & Apuleio lib. iij. Metamor. Qui autem huiusc rei erant opifices, Cinerarij dicti sunt, eidem Varroni, vbi supra: & Catullo Epigram. lvj. Et Ciniflones Plauto in Aulularia, & Horatio lib. j. Serm. Sat. iij. Vide infra Xenion.

*Cinerarij qui.  
Ciniflones qui.*

**CALANTICA**, tegmen muliebre, quod capiti innestitur: vt tradit Nonius Marcellus, citans illud Tullianum in Clodium: Tunc, cum vincirent pedes fasciis, cum calanticam capiti accommodares: Eamque inter ornamenta muliebria reponit Iurisconsultus in largimento, §. ornamentū. **D**. de aur. & arg. leg. Hanc **κρητεύον** Homerus vocavit li.v. **Odyssæ**, cum dicit, Inδ, siue Leucotheam (eadem enim est) Vlyssi naufragio ad eaudēdum maris periculum id commodasse. *τῆς οὐ τόπε κρητεύοντο σέργοντο ταῦνος.*

Quod Ausonius in Periclo Homericā Calantican vertit, in hac verba: Ino Calanticam capiti suo admēptam natantē accommodat, cuius ille sustentatu adusq; Phæacum littus euadit. In qua etiam opinione fuit Beroaldus in Apuleium lib.v. Et Andreas Diuus vittam transfūlit, vti & alio loco paulò pōst: licet idem alio in loco scilicet lib.xvij.ciusdem operis, velum, transfūlerit, & lib. xiiij.Illiad. reticulum: vti etiam ibidem Eobanus, & li.xxij.ciusdem operis, idem Andreas, coronam. Vide infra in Mitra.

**CALASSIS**, tunica genus, vt tradit Sextus Pompeius lib.ij. quod Græci **λατήσιον** vocant. Alij autem (vt & ille subdit) dicunt nodū esse tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica summittitur. Sipontinus Chalassim appellat: dicitq; dictam à laxitate, & à Græcis vocari **χλασσα**. Pollux lib.vij.cap.xv. **λαλασσιη** dicit esse genus vestis Egyptia & fimbriata.

**CALCEI**, & Calceamenta, omnibus nota.

**CALIENDRVM**, apud Horatium lib.Serm. i. Sat. viii.

*Altum Sagana Caliendrum.*

Id autem Acron interpres dicit esse ornamentum capitis muliebris, sive suppositum crinem, quem pro naturalibus accipiunt. Porphyrius autem interpetatur, galericulū, de quo infra dicemus: & subdit, Varro nūs huius vocabuli minime in lib. qui inscribitur virgula diuina.

**CALLOPISTON**, vide supra in Calasī.

**CALTHVL A**, genus vestis muliebris, apud Plautum in Epidico:

*Quid iste, que quotannis nomina inueniunt noua.  
Tunicam pallam, tunicam spissam, linteolum, cecisum,  
Indusiatam, patagiatam, calthulam, aut crocorulam?*

Dictum autem putat Nonius Marcellus à caltha viola, quæ (vt id illi addas) est coloris lutei (vt docet Virgil.) Eclog. ij.

*Mollta luteola pingit vaccinia caltha.*

Varro autem (vt subdit Nonius libr.j. de vita pop.Rom. Calthulam palliolum breve esse voluit. De caltha quoque est illud Ouidij lib.ij. de Ponto, Eleg. iiiij.

*Calthaque Pestanas vincet odore rojas.*

Vt inde intelligas, vestes huiusmodi, ab odore quoque, non tantum à colore ita dītas. Sunt (ne id omittam) qui putent, Caryophyllum quod vocant, id est vulgo oiller, alii *damus*, veteribus caltham fuisse: de quo tu vide Hermolaum Barbarum Corollarij cap.clxxv.vbi agit de Bacchare.

**CALYCAS**, **λαλυνας**, Homerus in Hymno Veneris, eidem attribuit inter cætera eius ornamenta:

*ἴηξε δὲ ἡ νυμφὴς ἐλινες, λαλυνας τὸ φευκός.* Et paulò pōst:  
*πορπητε τε, γυναικής οἱ ἐλινες, λαλυνας τὸ νοῦ ὄρης.*

Gualtherus apud Pollucem (qui lib.v.cap.xv) Calycas enumerat in mundo muliebri ex Anacreonte, & Homero (loco tamen non designato) Baccas vertit.

**CALYMNA**, **λαλυνα**, inter ornamenta muliebria enumerata Polluci: vbi tegumentum vertit Gualtherus. Alijs autem est genus retis: ex quo potes confice re, tegimen fuisse forma & specie retis. *Coifæ* vulgo dicitur.

**CALYPTRA**, **λαλυπτρα**, muliebris capitis tegmen, flammum sponsæ, Festo Pompeio lib.ij. Eius meminit Plato in Alcibiade posteriore, cum dicit, in Asia esse quafdam regiones, mundo vxoris regiæ destinatas, & appellationem à mundo illo muliebri fortitas, & inter alias Calyptram, *της δὲ νοῦ ἀληνη, ἥν τι*

*λαλαδης λαλυπτρα.* **CAMISIA**, quam subculam esse dicit Sextus Pompeius, libro xvij. in verbo Supparus: & vix eam appellatione alibi reperias apud antiquos. Nos vocamus, chemise. Putatur autem à Macedonibus primum introducta.

**CANABIA**, **λαβάσια**, calceorum muliebrium species Polluci lib.vij.cap.xxij.

**CANTHARVS**, Antiphani in Boeotia memoratus.

**CAPIDVLVM**, genus vestimenti, quo caput tegitur Sexto Pompeio lib.ijj.

**CAPILLARE**, apud Martiale lib.ijj. Epigram. xl.

*Non evubescit murice aureo nobis*

*Dividere meche pauperis capillare.*

Nonnulli accipiunt pro reticulo muliebri, quo capillos inuoluunt. Cælius Rhodius lib.xvij.cap.x. accipi putat pro vnguento ad capillos excogitato.

**CAPILLAMENTVM**, vide infra in Galero, & Galericulo.

**CAPITAL**, fascia, qua capillum in fronte colligunt, Varroni libr.iiiij.de Ling. Latina. Ex quo eius loco id quoque intelligis, eo ferè in sacrificiis mulieres vti solitas, quod & Sextus Pompeius tradit lib.ijj. Alij Capitale dicunt.

**CAPITVM**, tegmen capitis, Nonio Marcello, ab eo fortè denominatum: sive vt tradit Varro libr.iiij.de Ling. Lat. quod pectus capiat, id est, comprehendat: de quo idem Varro lib.iiij.de vita pop.Rom. Tunicas, neq; capitia, neq; strophia, neq; zonas. Et alibi eod.lib. Necq; ad orbitam matrum familias instituti, quod ex pectora & lacertis erant apertis, neq; capitia habebat. Noster autem Iurisconsultus id inter vestimenta muliebria ponit, in l. vestis. §. muliebria. **D**. de aur. & arg. leg. De capitio itē fit mentio in lib. Iob.ca.30. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Quo in loco interpres id videtur pro collario accipere.

**CAPREOLI**, vide infra Helices.

**CARBASVS**, quo pallium amicitur. Virgil.lib.vij.Aeneid.

*—Eum tenuis glauco relabat amictus*

*Carbasus.— Et lib. ii.*

*—Tum croceam chlamydemque, sinuisque crepantes*

*Carbasos fulvo in nudum collegaverat auro.*

Ex quibus locis, atque etiam ex Q. Curtio de Indis loquente, intelligi potest, hoc quoque virile esse vestimentum. Sed & muliebre esse fatis constat ex Valerio Maximo, loquente da Aemylia virgine Vestali, libr.j.cap.j. Qua adorante, cum Carbasum, quā optimā habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit.

**CARDINES**, vide infra Heliætra.

**CASTVLAE**, quas & Perizonium & Præcinctorium vocant, pallium est, quo puellæ nudæ infra papillas præcinctuntur. Ex Nonio Marcello, qui citat illud Varronis, Castulam mulier sumperat pro succula.

**CATAGO GIS**, **λαλαγησι**, posita inter vestes muliebres Polluci libr.vij. cap. xij.vbi Fimbriam, vertit Gualtherus. Vide igitur infra in Fimbria.

**CATAPE TASM A**, **λαλαπτρα**, velū, quod arcet aspectū, quo nūc mulieres nostræ sāpe vtūtur. Ponit & hoc inter ornātēa muliebria Pollux li.7.c.22.

**CATASTIC TOS**, **λαλασιτο**, tunica figuris animaliū aut floribus intexta, cuiusmodi sunt tapetia, quæ hinc Belluata dicuntur, apud Plautum in Pseudolo, *Neque Alexandrina belluata, consutaque tapetia.*

Hincque baliam ceruam **λαλασιτο** dicimus, id est, maculosam, interstinctam, picturata. Hanc vestem, vt propriam fœminarum ponit Pollux lib.vij.cap.xij.

**CATELLAE**, vide Catenæ.

**CATENAE**, & Catenule diminutiuum, sive etiam Catella, & ipsæ præcipuæ inter ornamenta muliebria numerantur. Horatius lib.j.Epist.xvij.

*Nota refert meretricis acumina, sepe catellam,*

*Sepe per se celidem raptam sibi flentis.—*

De Catenis autem est illud Plini lib. xxxij.cap.iij.conquerentis de luxu mulie-

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

rum in vſu aurī: Discurrent Catenæ circa latera, & inserta margaritātū ponde-  
ra ē collo dominarū auro pendeat, &c. Est autē veluti torques aureus vel argen-  
teus, aut etiā ē margaritis & lapillis confectus. Vulgō *Chaine* vocamus, propriū  
mulierū noſtrarū ornamētū: vt ſuprā in voce Alyſies, & infrā in diſtiōe Hormi.  
**C A T H E M A**, *λειθης*, ornementum demiflum ad pectus, quod & *λειθης* dici-  
tur Polluci lib.v.cap.xvij.ex Antiphane: & *τάρπη*, de qua poſtea dicemus. Pro tor-  
que autem, vt D.Hieronymus vertit locum Ezechielis cap.16. iuxta Aquilæ &  
Symmachī editionem. Septuaginta interpretes & Theodotion *λειθης* tranſtule-  
runt, nec ſolū ibi, ſed & Eſaiā 3. vt ſcribit ipſe Hieronymus in Commentariis  
cuiusdem c.xvj qui ſubdit, ſe putare *λειθης* ab eis diſtum, monile ex variis gem-  
mis, in pectus mulierū deſcedens, qui & ipſe ornatus pulcherrimus mulierū eſt.  
**C A T H E T I S**, genus Catena, quo fœminæ vtuntur, apud Nicoſtratum Comi-  
cum, & Clementem Alexandrinum lib.ij. Pædagog. cap. xii.  
**C A T O P T R O N**, *λειτοπέρων*, inter ornementa muliebria poſitum Polluci lib.  
vij.c.xxij. & lib.x.c.xxvij. vbi Gualtherus vertit ſpeculū, de quo inſrā dicemus.  
**C E C R Y P H A L V S**, *λειχύφαλος*, reticulum, vitta, flammeum diſcriminale,  
*παρπά* & *λειχύφαλος*, apud Homerum lib.xxij.Iliad.eo verſu, quem ſuprā citauimus  
in Ampyce. vbi Andreas Diuus Faſciam interpretatur. Rodolphus Gualtherus  
apud Pollucem lib.v.cap.xvj. vertit Capitale. At li.vij. c.xxij. vertit Vittam. Xe-  
nophon autem in libr.de Venatione *λειχύφαλος* vocat ſinuofum illum macu-  
larium contextum, in quem ſe inſinuant animalia vrgentibus canibus.  
**C E N T A V R I D E S**, *λειταργίδες*, genus ornementi muliebris, apud Pollucem  
lib.v.cap.xvj.  
**C E P H A L O D E S M V S**, *λειφαλόθειμος*, ſiue Cephalodesmiū, *λειφαλόθειμοι*,  
idem quod frontale de quo poſtea dicemus: aut idem quod ampyx, de quo ſuprā.  
**C E R N V V S**, calceamenti genus, Sexto Pompeio lib.ii.  
**C E R O T E S**, *λειρών*, inter ornamēta muliebria numeratur Polluci li.vij.c.xxij.  
**C E R V I C A L**, veluti ceruicis ſuſtantaculum, quod nos vulgō *aurelliger* & *coſſiner*  
vocamus. Nam & id veſtis nomine continetur: vt tradit Iuriſconsultus in l.  
argumento. §.ceruicalia. D. de aur. & arg.leg. Eius meminit & Plinius lib.xx.ca.  
item xx. & lib.xxvij.cap.iiij. Iuuenalis Sat.vj. & Martialis lib.xvij. Epigr. cxlvj.  
& quiſquis is cl. qui Ezechielem traduxit, cap.xvij. vbi inquit, His qui faciunt  
ceruicalia ſub capite vniuersæ atatia, ad capiendas animas. Et iterum non mu-  
tò poſt: Disrumpam ceruicalia veſtra, ſuper que vos colligitis animas. Græci id  
vocant *προστεφλαιον*: qua voce vſus eſt D.Marcus cap.v.vbi interpretes vertit  
Ceruical. Idem autem eſſe Ceruical & Puluinum, ex eo patet, quod dicemus in-  
frā in Puluillo, & ex diſto capite xij. Ezechielis. De hoc autem eſt illud Martia-  
lis apophoretum lib.xvij. Epigram. cxlvj.  
Tinge caput nardi folio: ceruical olebit:  
Perdidit vnguentum cum coma, pluma tenet.

Vide inſrā Perideraon.

**C H A L A S S I S**, vide ſuprā Calassis.

**C H I M A S T R V M**, *χειμαστρος*, veſtis hyemalis, vt ex autoritate Homeri & Aeschili, tradit Pollux lib.vij.cap.xvij.ad fin.

**CHIROTHECAE**, manuum tegmina, qua & Daſtylothece à Græcis vo-  
cantur. Nos vulgō *Gantz* appellamus.

**CHIROMACTRON**, *χειρόμακτρος*, capitis ornementum, aut (vt alij diſtūt)  
mantile. Vide Bayfium de Re veſtaria.

**CHITONARIVM**, *χιτωνέριον*, muliebris veſtis ſubtilis. ex Lexico.

**CHITONIVM**, *χιτωνίον*, tunicula: a qua & Dianam Chitonem diſtam non  
nulli voluerunt. Nam Callimachus in ipsius Deæ Hymno,

πότνια τωλυέλαθρε, τωλύπολι χεῖρε *χιτῶνη*.

Quod & adiſtruit Stephanus ex Menippi Byzantij ſententia, Epicharmus in  
Sphinge, & Athenæus lib.xvij.

Diana Chito-  
ne diſta.

CHI

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

51

**CHITONISCVS**, *χιτωνίσκος*, diminutiuē, camisia, indusium, de quo poſtea  
dicemus. Hoc autem genus veſtimenti Pollux libr.vij.cap.xvij.dicit commune  
eſſe viorū & mulierū.

**CHLAMYDEM** quoq; ad fœminam pertinere ostendit Cato eo loco, quem  
citabimus in Encombamate, & Virgilii lib.iiiij.Aen.Didū mētionem faciens:  
*Sidoniam pīctō chlamydem circundata limbo*.

**CHLIDONES**, *χλιδόνες*, Brachialia, vt exponit Suidas, quibus maximè vru-  
tur Samij, autore Athenæo: & à Polluce ponuntur inter ornementa manuum,  
& pedum, lib.v.cap.xvj. & simpliciter inter ornementa muliebria, libr.vij.cap.  
xxij. Et ea voce vſi ſunt Septuaginta interpretes Num.3. cap.cuius loco inter-  
pres Latinus reddidit Perifelides: de quibus poſtea dicemus.

**CIMBARICON**, *κιμβαρίδης*, tunica perſpicua, ſiue (vt Pollucis verbo vtar)  
*λιαφανής*. Locus Pollucis eſt libr.vij.cap.xvij. vbi eam dicit eſſe communem vi-  
ris & fœminis.

**CINGULVM**, vt autor eſt Nonius Marcellus, à cingendo diſtum, quod &  
Incingulum plerunque dicitur. Varro in *γέρων θελατηρία*: Nouus maritus ta-  
citurnus, *ταρψτός*, is ſoluebat cingulum. Sextus autem Pompeius lib.iiij. Cinc-  
culo, ait, noua nupta præcingebatur, quod vir in leto ſoluebat: vt hinc poſsis  
intelligere, Cingulum eſſe zonam, quam ſponsus ſoluebat concubitus gratia: vt  
poſtea dicemus nu.31. incip. Quare autem. Pro eo vero, quod vulgaris interpretes  
Eſaiā iiij.cap.dicit zonam, D.Cyprianus in lib.de habitu virginum, cum locum  
citans, & Caſtello eundem locum vertens, Cingulum dixere. Seruius autem in  
nonum lib. Aen. ſcribit Cingulum eſſe ornementum hominum, vt phaleræ ſunt  
equorum. At Varro de Ling.Lat.lib.j.tradit, Cinctum & Cingulum à cingendo  
dici, alterum viris, alterum mulieribus attributum. Cincturæ autem vocabulo  
pro Cingulo vſus eſt Suetonius in Julio Cæſare, cap.xlv. Vnde manafe vide-  
tur, quod noſtrates vulgō vocant *Cincture*.

**CIRCVLVS**, quem vulgō vocamus, *Collier*, hoc eſt, Collarium: à ſimilitudine:  
de quo Virg.lib.v.Aeneid.

*Flexilis obtorti per collum it circulus auri.*

Sed & Circulos appendi auribus, conſtat ex Ezechiele ca.16. Dedi circulos aur-  
ibus tuis. Item in naribus, vt cōſtat ex loco Iob, cap.xl. Nūquid pones circum-  
ulum in naribus eius? vbi D.Hiero. ait, inter carera ornementa mulierū ſolere aureos  
annulos in os ex frōte pēdere, & imminere naribus. Sunt, qui Rotulas eo loco ex  
Septuaginta Interpretibus vertat. At de circulis pro ornementis fit mentio c.ii.  
Pro Circulus aureus in naribus eius, mulier pulchra & fatua, vide inſrā Circus.

**CISERIS**, *κιονίς*, ponitur à Polluce lib.vij.cap.xxij inter ornementa mulie-  
bria: vbi Gualtherus vertit Pumicem.

**CLAVI** VI aurei, vel argentei, quos fœminæ noſtræ ſolent veſtibus suis affuere: de  
quibus in l.veſtis in princ. D. de auro & arg.leg. & ibidem letſi non ſint, etiam  
in princ. & in l.argumento. §. item fibulae, qui pīmū eſt. Et apud Varro em de  
Analoga lib.j. cuius hæc verba ſunt: Si quis tunicam in vſu ita conſuat, vt alte-  
ra plagula fit anguſtis clauis, altera latis: utraque pars carebit analogia. Hinc  
Mantilia coeco clauata, apud Aelium Lampridium in Alexandro Seuero. In  
alia autem ſignificatione accipitur Clausus in l. qui clavum. D. de Acidilit. edict.  
& Plinius auunculum lib.xx.cap.item xx. & Plinius Iuniorem, lib.j. Episto.lj.  
& aliter quoque in l. qui naufragium. §. ſenatus conſultum. D. de incend.ruin.  
naufri. & alibi ſepe apud alios autores.

**COCHLES**, ornementum capitis, à ſimilitudine scalarum, vel animalis verbo  
deriuato: quo quidem ornemento vſam fuſſe Zenobiam Reginam Palmyre-  
norū, autor eſt Trebellius Pollio.

**COLLARIVM**, vide in Circulo, & Peritrachelio.

**COMBYMATA**, à nonnullis quoque inter ornementa muliebria ponuntur.

**COMMOTRIVM**, *κομμούτριον*, &

Cinctus.  
Cinctura.

i 3

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

**C O M M O T R I D I V M**, *λοιπωτρίδιον*, instrumentū muliebre apud Pollucem lib.vij.cap.xxij.& iterum lib.x.cap.xxvij. quo scilicet mulieres se comunt. Vnde & *λοιπωτρίς* compror dicitur, & *λοιπωτρία* comptrix, & *λοιπωτρίω* curiosus como. Gualtherus priore loco Peccinē verit: posteriorē autem Nouaculam.

**C O N D A L I V M**, de quo Plautus in Trinummo, est annuli genus Sexto Pompeio. Nam & eidem Condulus, annulus est.

**C O R I A N V M**, *λοιπάνω*, medijs digitij annulus, Polluci, qui inter ornamenti muliebria Corianum adscribit, lib.v.cap.xvj.

**C O R O N A M**, quam *σερῆνην* vocant Graci, in mundo muliebri ponit Pollux lib.v.cap.xvj. ex illo verfu,

*Τῶν δὲ αὐτοῦ πλευτές σερῆνας ἔχον, οὐδὲ μαχαιρίας.*

*Horum he flexas coronas, hi vero enēshabebant.*

**C O R Y M B V S**, *λόγυμβος*, vide infrā in Crobyle.

**C O R Y M N I V M**, *λορύμνιον*, monile. ex Lexico.

**C O T H V R N V S**, genus calceamentū subleuatum subere, aut alia re, quod grandiores mulieres appareant: vt patet ex illo Iuuenalis Sat. vj.

*--Aliam credas, cedo, si breve parui*

*Sortita est lateris p̄tium, breuiōrque videtur*

*Virgine Pygm. ca. --*

*De hoc item Virgil. Eclog. vij.*

*Punico stabis suras cuincta cohurno.*

*Et lib. j. Aeneid.*

*Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetras,*

*Purpureoque altè suras vincere cohurno.*

**C R E D E M N V M**, *λειδένων*, *ἴγε λειδένων*, utrumque enim legitur, quod (vt nonnullis placet) idem est quod calantica, & vitta, & corona, & velum, & reticulum, ut suprā diximus, in Calanrica.

**C R E P I D A E**, *λεπτίδες*, & diminutiue

**C R E P I D V L A E**, soleæ, ex Aulo Gellio libro decimotertio, capite vicesimo. Et hinc, vt ille ait, Crepidarij, eius calceamentū sutores, apud Sempronium Aſel lionem, lib.rer.gest.xiiij. Nonnulli eas nominatas putant à crepitu, id est fono, quem reddunt ambulando.

**C R E P I T A L V M**, ornamentum capitis, quod scilicet capitū motu crepitum faciat, vt tradit Fefus Pompeius lib. iiij.

**C R I C V S**, *λείνω*, circulus, annuli species: vnde *λικεᾶς* verbum, quod Latini infibulare possumus dicere. Nam Strabo tradit quasdam Aethiopum mulieres *λειγινᾶς* ή *χελώθελης*. Et apud Herodotum in Euterpe, *ἰσίων λείνες* legitimus, pro velorum anulis. Aristoteles quoque lib.vij. Politic. capite secundo, scribit *λειθάπερ γε λειρχιδίων φαῖτε τὸ εὖ περ λείνων λιόσιου λαμβάνειν*. Ex quo intelligis, pro ornamento eum posuisse. Nam & Theodorus Gaza apud Aristotelem verit, Annulum, Plinius Circum, vnde & Circulus diminutum: de quo suprā diximus. Suidas autem, *ἀγνίλια*, ait, sunt *λείναι* περ ἀλύσια, id est, annuli catenarum. Vide ea, qua suprā περὶ περ ἀλύσια diximus.

**C R O B Y L E**, *λειβενλη*, reticulum, siue retiolum, quo coma contingit. Quin & *λειβενλη* dicitur aureus, argenteusve corymbus, ex capillis pendens: *πλεύτη τριχῶν ήσ δέντο λῆγον*: quod in viris *λειβενλη*, in mulieribus *λέρνυβος*, in pueris *τηρόπτη* dicebatur. Sunt qui dicant, id reticulum esse ab extremis crines extendens ad verticem, deinde eos deducens in acutum: qui perforata aurea cicada constringebantur, ne deorsum defuerent. Huius autem meminit Thucydides in Procemio li. iiiij. Bel. Peloponnesiaci, & Clemens Alexandrinus lib. iiij. Pædagog. cap. x.

**C R O C O T A**, vt vocat M. Tullius in Oratione de Arusp. respon. & Apuleius lib. viij. Aſini aurci, & diminutiue

CRO

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

52

**C R O C O T V L A E**, vt appellat Plautus in Epidico: aut item

**C R O C O T I D E S**, vt alij quoque vocant: aut denique

**C R O C O T I A**, etiam diminutiuum (nam & haec Iulius Pollux libr.vij. cap. xij. ponit inter vestes muliebres) vestes delicatae fuerunt, vt indicat vetus proverbium γαλῆ λεπόκωτη, id est, felicroton, quo utimur, cum indignis honor exhibetur. Suidæ autem λεόνωσίς εἰς ἐνδυμα τύγκυλον, id est, vestimentum orbiculatum. Et hinc Crocotularij, aut, vt alij legunt, Crocotarij, infectores huiusmodi vestium, dieti Plauto in Aulularia. Nonius Marcellus à croco haec dicta putat. Alibi autem, scilicet infrā num. 59. incip. illud autem constat. dicimus Herculem λεονωσφόρον vocatum fuisse, quod Omphalæ seruens habitu muliebri, crocoton gestare.

**C R O C O F V S I A**, posita inter ornamenti muliebria in largumento. §. ornamenterum. ♂. de aur. & arg. leg. nisi illic mendum sit: de quo tu vide Catellian. Cot. in memoria. vndones, & crocohyphanta, quasi dicas, croco intexta.

**C R O T A L I A**, apud Plinium libr. ix. cap. xxxv. vbi videbis cuiusmodi ea sint, & quare ita dicantur.

**C T E N I V M**, *λετνων*, genus pectinis, à *λετνίω*, pecto: & *λετνίς*, pecten: & *λετνίον*, pectunculus. Id & Xenion dicitur: de quo infrā dicemus. Et hinc quoque quatuor dentes anteriores, qui in meditullio sunt, Ctenes dicuntur, quod cibum concidunt.

**C V B I T A L E**, ornamentum cubiti, apud Horatium lib. iij. Ser. Sat. iiij. Vide infrā Parapechy. Accubitale vocatur à Trebellio Pollione in Claudio, ex Epistola Valeriani Imperatoris. Sunt, qui Culcitram vocent: de qua nunc dicemus.

**C V L C I T R A E**, quas inter vestes posuit iurisconsultus in largumento. §. culci tra. ♂. de auro & argen. lega. Et diminutiuē

**C V L C I T R V L A E**, Plauto in Mostellaria. Est autem linteum illud, quod dormientibus ad quietem supponitur, apud Ciceron. lib. iiij. Tuscu. Collocemus in culitra plumea: psaltriam adducamus. Et apud Martialem li. v. Epigr. lxij. Nulla tegit farctos, nec inaneis culcitra lectos. Et alibi:

*Blandita tumeat facilis tibi culcitra pluma.*

*Et Iuuenalis Saty. v.*

*Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto,*

*Vna simus, ait. --*

Alibi autem iurisconsultus in l. iiij. ♂. de supel. leg. dicit, supellestili legata, contineri culcitra

**C Y B A R S I A**, *λειβερία*, à Polluce lib. v. cap. xvij. posita inter ornamenti muliebri. Hanc nonnulli candem esse volunt cum anaxyride, de qua suprā diximus.

**C Y C L A S**, genus vestis fœminæ, qua pronubæ (vt scribit Sidonius) honorabantur. Lampridius tradit, Alexandrum Imperatorem folere dicere, matronas regias contentas esse debere cyclade, quæ sex vncis auri plus non haberet. Proptertius lib. iiij. Eleg. vij.

*Hec nunc aurata cyclade signat humum.*

Et Iuuenal. Sat. vj.

*He sunt, que tenui ſudant in cyclade. --*

Hinc autem Cycladum Caligula dicitur à Suetonio. Nam & Iosephus lib. iij. cap. j. carpit ipsum Caligulam, quod cycladem & alia vestimenta muliebria induceret. Ita autem dicta est, quod rotunda fit. Nam & hodie quafdam vestes fœminæ rotundas vocamus, quæ in orbem absolutum definunt.

**C Y N A S O N E S**, acus, quibus mulieres caput scalpunt, Sext. Pompeio.

**D A C T Y L I O N**, *λαξεύλιον*, annulus.

**D A C T Y L I D I O N**, annulus sine gemma, aut sigillo. Gualtherus apud Pollucem lib. v. cap. xvij. verit: Condulum.

**D A C T Y L I O T H E C A**, vide suprā Chirotheca. Id tamen pro annularum repositorio multi intelligunt, vt postea dicemus.

i 4

IN TERTIAM LEG. CONNV.B.

DENTIFRICIA, suo nomine fatis cognita: de quibus & nos diximus, in Tractatu Nobilitatis, cap. xxxij. n. 27. in nomenclatura medicamentorum.  
DERAEA, δέρας, siue etiam δέρας Acolicē, ornamenta colli, ex Polluce, Hefychio, & Suida. Nam & δέργη, & δέργη collum est. Vide Perideraon.  
DES MATA, δέσματα, ligamina, quibus mulieres vtuntur in capite: de quibus apud Homerum lib. xxij. lliad. de Andromache loquentem:  
Τὰς δέπον λεῖσθε κέε δέσματα συγκαλέσθα.  
Vide suprà Anadema.

DE XTRALIA, inter ornamenta muliebria posita, Exod. cap. 35. & Numer. 31. & apud Diuum Cyprianum lib. de Habitū virginum, dum citat Esaiām cap. 3. Quæ & ipse D. Hieronymus, aut quisquis is fuit, lib. Iudic. cap. 10. vocat

DE XTRACIOLA, alia autem

DE XTROCHERIA, vt D. Ambrosius, & Iul. Capitolinus de Maximino loquens, Vxor(is) inquit dextrocherio vtebatur pro anno. Et his quidē dictionibus significatur muliebrium brachiorum, præsertim dexterorum, ornatum, quod ex auro aut alio metallo, in annuli lati formam gemmis integrebatur. Rabbi autem Salomon dicit esse בְּגִירָנִים id est aurum ornamentum: quod in eodem cap. xxxij. Num. scribitur שׁבַּת Septuaginta autem Interpretes vertentur τερπεδίου, quod ultra vulgarem significationē ambidextri, significat etiam dextræ, aut quod circa dextrā inuoluitur: quod alibi Inaures vertit Hieronym.

DIABATHRARIJ, *Diabathrarij*, genus solearum Sexto Pompeio, & Polluci lib. viij. ca. xxij. vbi hac dicit communia esse viris & mulieribus. Et hinc Diabathrarij, huiusmodi solearum confectiones, apud Plautum in Aulularia. Est præterea διαβάθρα scalæ nautica.

DI ALITHON, διάλιθος, positum inter ornamenta muliebria Polluci lib. viij. cap. xxij. Vbi Gualtherus Gemmam vertit.

DROPA, δρόπη, posita Polluci lib. v. cap. xvij. inter ornamenta muliebria, & iterum lib. viij. cap. xxij. ad finem: vbi Rodolphus Gualtherus vertit Inaures.

DIPLODION, inter vestes muliebres posuit Pollux lib. viij. cap. xiiij.

DIPLOIS, genus vestis, quæ scilicet duplicita est: cuiusmodi sunt ἡμιερωνάτης, de qua infrā: & ἡμιερόνυμα οἰτήνυχα apud Theocritum.

DIPODIA, διπόδια, genus calceamenti Critiae memoratum apud Pollucem lib. viij. cap. xxij. qui ea dicit esse, quas διπόδηντις vocant: de quibus infrā.

DISCERNICVLVM, que discernuntur capillus, vt dicit Varro libr. iiiij. de Ling. Latina. Nonius autem Marcellus dicit discerniculum acum esse, quæ capillos mulierum ante frontem diuidit. Diutum à discernendo. Lucilius lib. xxx. Enplocano dixit discerniculumque capillo.

DISCRIMINAL, idem est. Hac enim dictione vſus est D. Hieronymus, aut quisquis is fuit, Esaiæ 3. cap.

DORIS, apud Herodotū lib. v. vestis muliebris, quæ fibula partē alioqui hiantē subnecteret. Ita autem vocatur, cō quod Doricum sit inuentum, vt ille ipſe ait.

EANVS, εανός, vestis splendida & subtilis apud Homerum lib. xiiij. Iliad. Αὐφὶ διάρρη μερόσιμον εανόν εανάθ, δη δι Αἴθνυ

Εἴνοις ἀσπικόσα πίδαι δὲν ενὶ σλαμέλαι πολλά.  
Et in Hymno Veneris, loquens de ornatu ipsius:

Αὐθεοτοις εανόν τὸ γά δι τεθνώμενον ήγε.  
Vide infra in Peplō.

ECHINI, ἔχινοι, ornamenta circa carpum manus, ex Polluce lib. v. ca. xvij. quæ & Κελλά, πορπικτα, & Εκάλια dicuntur: de quibus & nos suo ordine dicemus: ita vt non admodum dissimilia intelligas brachialibus & armillis: de quibus etiam suprà diximus.

ELENCHI, de quibus Plinius lib. ix. ca. xxxv. Et procerioribus sua gratia est. Elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorē orbem

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

53

orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos & ternos auribus, feminorum gloria est. Et Iuuenal. Sat. v.j.

Auribus extensis magnos committit elenchos.

De his etiam fit mentio in l. pediculis. §. vlt. D. de aur. & arg. leg.

ELLOBIVM, ἐλλοβίον. Nam & id Pollux li. v.c. xvij. ponit inter muliebria ornata. Sunt, qui interpretentur ornamenti ab aure dependens, hoc est, inaures.

ELLEBORVM, ἐλλοβίον. Nam & id Pollux eodem loco, & rursus lib. iij. cap. xxij. inter feminea ornamenta reponit. Quid autem alias significet, nemo ignorat, nempe veratrum.

EMBADES, siue

EMBATAE, sumptuosum calceamentum, utriusque sexui conuenientēs, vt nonnulli tradunt. Pollux autem lib. viij. c. xxij. autor est, ita vocatos suisse calceos vulgares, & similes esse Comicis calcis. Græcè scribuntur ἐμβάθες, & ἐμβάτα. Ammonius autem, Embades, inquit, Comica sunt calceamenta: Embatae, Tragica. Idem asserit & Thomas Magister: qui & illud simpliciter dicit, ἐμβάθα calceamenta sunt. Aristophanes in Pluto:

Τοῖς ἐμβάθαις τὸς χαρέται;

Et in Vespis:

Μᾶρη ἀπολάθεκε ἐμβάθας; Hoc est,

An perdidit calceamenta? Et rursus:

Ἄλλα τέτοιος γ' ἐκεῖνοι οὐδὲ φθελμοῖσιν αἰδός

Τῶν πελάρων ἐμβάθου. Hoc est:

Sed in his pudor ne antiquorum quidem ineft calceamentorum.

EMPERONATRIS, ἡμιερωνάτης, diplois, siue vestis duplicata.

EMPERONEMA, apud Theocritum, quod & nonnulli Diploida interpretantur. vide suprà Diplois.

ENCOMBOMATA, vestes puellarēs sunt, vt scribit Nonius Marcellus ex Catone lib. de puellis ordinandis: Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamidas, encombomata, ac parnacidas, quam togas. Pollux autem ἡμιερωνατη vocat albam tuniculam.

ENCLASTIDA, ἐγκλαστίδια, genus ornamenti muliebris, à Comicis usurpatum, vt tradit Pollux lib. v. cap. xvij.

ENCYCLON, ἐγκυλον, vestis quedam muliebris circularis, apud Aelianum libr. viij. de Varia historia, & apud Pollucem libr. viij. cap. xxij. & ante hos apud Aristophanem in Thesmophor. & ab eo apud Clementem Alexandrinum libr. Pædagog. iij. cap. xij.

ENDROMIS, ἐνδρομης, genus vestis, apud Martiale lib. iiiij. Epigram. xix. & libr. xiiij. Epigram. cxxvj. & Iuuenal. Saty. vij. vbi taxat mulieres Romanas, quod endromide purpurea vterentur.

Endromida Tyrias & facineum ceroma

Quis nescit? Et Saty. iiij.

Accipit endromidem, & si dixerit aſtu, ſudat.

Pollux autem libr. viij. cap. xxij. dicit Endromidas genus esse calceamentorum Diana propriorum. Sunt qui dicant, hanc esse vestem hirsutam & villi longioris, qua in balneis & gymnaſiis præcipue veteres vti solebat: indéque sic dictam esse, quod effet apta curfui. Nam Ἀράμου Graeci cursum vocant. Inde Endromidatus, Sidonio Apollinari.

ENTE, ἐνέτη, ταρετὴν ενέδη, hoc est ab immittendo, fibula est, qua Iunonem se ornasse tradit Homerus lib. xiiij. Iliados:

Χρυσέας δὲν ενέδη λατητὴν ενέδη ταρετη.

Quid autem sit fibula, poſtea dicemus.

ENTION, ἐνότης, inauris, quæ a poſtea dicemus. Hoc quoque in mundo muliebri poſuit Pollux lib. v. cap. xvij.

ENTRICHON, ἐντριχον, coma apposititia. Vide infrā Galericus.

i 5

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

ENTROPH A, ἐντρόφα, quasi dicas innutrita. Nam & hæc muliebribus ornamenti annumerat Pollux lib.v.cap.xv.  
 ENTROPIDES, ἐντροπίδες, genus calceamentorum, ex Lexico. Entropon autem ἐντροπόν, ponit Pollux in mundo muliebri: vbi Gualtherus vertit Vellum. Vide infra.  
 E PERRHINION, ἐπέρρηνιον, vide infra Inaures.  
 E PHAPTI DE M ponit Clemens Alexandrinus lib. Pædagog.ij.c.x. inter vestes muliebres. Est autem (vt nonnullis placet) lana pretiosior.  
 EPHODVS, vide infra Epomis.  
 EPIBLEMA, ἐπίβλημα, vestimentum exterius, amiculum, stragulum torale, apud Galenum, περὶ τὸ ἐπίβλημα τὸ ἐντύπωμα, autore Budæo in Commentariis lingua Græca. Quanquam aliud significare videatur apud D. Matthæum cap.9. Hoc autem genus vestimenti inter muliebria ponit Pollux libr. vii.cap.xiiij.vbi Paludamentum vertit Gualtherus.  
 EPICRENON, ἐπίκρηνον, vitta, strophium. Ex Lexico.  
 EPICROCM, apud Varronem, genus amiculi croco tintatum, tenue & pellicidum, teste Festo Pompeio lib.v.  
 EPITO GIVM, pallium, quod togæ superponitur.  
 EPOMIDION, ἐπωμίδιον, atque etiam  
 EPO M IS, ἐπωμίς, tanquam humerale dicas, quo scilicet humeri integuntur: quam vestem inter femineas posuit Pollux lib.vij.cap.xiij. Hieronymus, aut quisquis alius est, vertit Superhumerales, Exodi 28.35. & 39. non semel quibus locis Castellio Ephodum transtulit. Quanquam & ille vulgatus interpres alibi simpliciter Humerale vertat, Ecclesiastici 45. vbi ipse Castellio Epomidis verbo Græco vsus est. Quibus ex locis intelligi potest, id vestimenti genus etiam viris conuenire. Hinc autem fit illud ἐπωμίδιον parua epomis. Vide infra Humerales.  
 EV MARIS, ἐνυπάξις, calceamenti genus, ab induendi facilitate. Nam ἐνυπάξις facilitas, ἐνυπάξις facilis dicitur. Est autem inuentum Barbaricum, è ceruina pelle confectum, commune viris & mulieribus, vt tradit Pollux lib.vij.cap.xxij.

FAS CIAE crinales pedulésque, aut, si malis, pedales, sive item pendules, vt nonnulli legunt in l.argumento. **D**e aur. & arg. leg. Ego malo legere pedales, ex antiqua lectione. Pedale enim (vt scribit Cornelius Fronto, in lib.de non minum verborūmque differentia) est mensura pedis: quod & probatur ex Plinio lib.xiiij.cap.xij. Pedule vero (vt scribit idem Fronto) sub pedibus præstat vtilitatem. Priscos autem vsos suis fascis in pedibus, testis est idem Plinius, scribens lib.viiij.cap.lvij. mures arrofisse Carboni Imperatori fascias, quibus in calcis vtebatur. Ex Tullij quoque verbis suprà citatis in Calantica intelliges foeminas etiam his vti solitas. Beroaldus autem in Apuleium li.vij. non legit in d.l. argumento. crinales, sed crurales: quæ lectio satis etiam conuenit, cum legamus, crura quoque olim fascis ligari solere: vt probatur, licet non dicat, ex Valerio Maximo lib.vj.cap.ij. dum scribit, de Pompeio candida fascia crus obligatum habente, Faunon dixisse. Non refert, qua in parte corporis gestet diadema. Et ex Quintiliiano libr.iiij.vbi ait, Fascias, quibus crura vestiuntur. Quæ item lectio placet Nebrisensi in Lexico, in verbo Pedules. Tametsi idem alio in loco, in verbo Crinale, legit Crinales: quod & mihi admodum arridet. Nam & id proprium & peculiare mulierum est, vt fascis crines ligent. Sunt præterea & Fascia pectorales, quibus solent foeminae mammas cohibere. Ouid. libr.j.de Arte amandi:

*-Omne papille  
Pectus habet tumide, fascia nulla tegat.  
Et Propertius lib.iiij.Eleg.x.  
Mollis & hirsutum sepit mihi fascia pectus.*

Et Mar

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

54

Et Martialis in Apophoretis:  
*Fascia crescentes domine compesce papillas,  
Vt sit, quod capiat nostra tegatque manus.*  
 Græci σφραγίδες vocant: de quo postea dicemus. De fascia quoque pectorali inter ornamenti muliebria fit mentio Esaïæ cap.3. vbi Aquila Cingulum interpretatur: Castellio tenuem interulam. & Hieremiæ cap.2. vbi ipse Castellio Lemniscos vertit. Verbo autē Hebraico dicitur בְּתַנְגָּתִים Tullius lib.ij. Epist. ad Atticū, Epist. iij.loquitur de nefcio quibus fasciis cretatis: quas nonnulli intelligunt pro calcice Sicyoniis: de quibus postea loquemur.

FAS CIOLAE, diminutivum à fasciis, apud Varrorem lib.iiij.de Ling. Latina, apud Ciceronem de Arusp. responsis, & Horatium libr.ij. Serm. Sat.iiij. Vide interpretes.

FE MIN ALIA, sive

FE MOR ALIA, quibus pudenda reguntur. His & mulieres vtuntur, vt etiam viri, vt videre est Exodi cap.28. Leuit. 6. & 16. Ezechielis cap.44. & Ecclesiastici cap.45. Castellio secundo illo loco vertit Subligacula de quibus infra. Posterior re vtitur Suetonius in Augusto, cap.lxxxij.& vide infra Periscelides.

FIB VLA E, quas Iurisconsultus in l.argumento. non multò post principium, **D**e aur. & arg. leg. dicit ornamentum magis esse, quæ vestem. Plinius quoque libr. xxxv.cap.j. videtur eas cultui mulierum assignare, cùm dicit, Fabricam etiam Deum, fibulas & alia muliebris cultus, sicut inaures, &c. **Q**uod & probatur ex illo Virgilij loco de Camilla loquentis lib.vij.Aeneid.

*Vt fibula erinem*

*Auro intermetat.* Idem autem Virgilius lib.j.Aeneidos:

*Aurea purpuream subneicit fibula vestem.*

Eadem quoque virorum fuisse, satis constat ex Epistola Bruti, relata à Plinio, eodem illo libro xxxv.cap.ij. statim post principium: & ex epistola Valeriani Imperatoris ad Zosimonem, apud Trebellium Pollionem in Vita Claudi Secundi Imperatoris: & ex Flauio Vopisco in Vita Aureliani, cùm scribit, eum concessisse, vt fibulas aureas gregarij milites haberent: & ex Epigrammate Martialis lxxx.lib.vi.

*Menophili penem tam grandis fibula vestit.*

Item in Apophoretis, disticho ccxv.

*Dic mihi simpliciter, Comædis, & Cithareædís*

*Fibula quid prestat. Carius vt futuant.*

De fibulis autem chlamydum fit mentio l.j.C. nulli licere in fræn.lib.ii. Philostratus in Imagine Cupidinis, cum effingit cum fibulis aureis.

FIM BR IA E, vestimentorum aut aliorum ornamentorum extremitates. Ciceron in Pisonem: Erant illi compli capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Apud D. Matthæum cap.9. & Luca 8. mulier terigit fimbriam vestimenti Christi: & alij apud D. Marcum cap.6 ad fin. Ita autem vocare possumus, quæ vulgus nostrum appellat bords, bordures, franges, in quibus mulieres nostræ insaniunt.

FLABELLVM, quo mulieres, aut etiam viri, per extarem ventilationem faciunt ad refrigerandam faciem, aut etiam ad abigendas muscas. Ouidius lib.iiij. Amor. Eleg.ij.

*Vis tamen interea tenues arcessere ventos,*

*Quos faciunt nostra mota flabella manu.*

*Profluit & tenui ventos mouisse flabello.*

Marcellus lib.iiij.Epigram.xl.

*Et extuanti tempe ventilat frigus*

*Supina prasino concubina flabello.*

Ex Propertio autem videmus, olim id fieri solitum ex pennis pauonis:

*Et modò pauonis caudæ flabella superbæ.*

Vide infra Rhipis.

Et lib.j.de arte amandi:

FLAMM

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

**F L A M M E V M**, vestis, vel tegmen, quo matronæ caput tegunt: vt scribit No-nius Marcellus. Hoc autem amiciebantur nubentes omnis boni causa, propr-ea quod eo afsiduè vtebatur Flaminica, id est, Flaminis vxor, cui non licebat fa-cere diuortium. De hoc Lucanus lib.ij. de Martia nubente Catoni: & Iuuenalis Saty.ij.& Plin. lib. xxij.c.viiij. Et Martialis libr.ii. Epigram.lxxix.ad Victorem: *Flammea texuntur sponsæ: iam virgo parata est.*

Et iterum lib.xij. Epigram.xlii.

*Preluxere faces, relarunt flammea vultus.*

Et in c. fœminæ. xxx.q.v.vbi scribitur, fœminas, cum maritantur, ideo flammæ velari, vt se nouerint semper maritis suis subditæ esse. Sed in nostris codicibus detracta est dictio, flammæ. Vulgus autem Italicum etiam num Fazollum vocat. Vide Erasmus Tomo j.pag. 944. in impressione Frobeniana. Hinc autem Flammearij dicti opifices huiusmodi vestium, apud Plautum in Aulularia.

**F L A M M E O L V M**, diminutiuum, apud Iuuenalem Sat.x.

*—Sedet illa parato*

*Flammculo. —*

**F O C A L E**, apud Quintilianum libr.ii. cap.ij. Palliolum (inquit) sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo. Item apud Horatium lib.ij. Serm. Sat.iiij.

*Mutatus Polemon ponas insignia morbi*

*Fasciolas, cubitale, focalia, &c.*

Quo in loco Acron putat eo nomine intelligi torques, vel coronas quas gestabant in collo. Est & apud Martialem in Apophoretis illud de focali, Epigr. cxlij. Si recitaturo dederò tibi forte libellum,

*Hoc focalæ tuas asserat auriculas.*

Seneca autem lib.iiij. Naturalium quæst. videtur accipere pro genere vestis, quo ad focum vtebantur. Videbis (inquit) quodam graciles, & palliolo focalique cir-cundatos, pallentes & ægros. Videbo Cal. Rhodig. lib. xvij. cap. x.

**F O R F I C E S**, & **Forficula**, quibus mulieres vngues, aut aliud aliquid ampu-tant, & incident, quas nos vulgo *forsettes*, & *ciseaux* vocamus: quibus auratis fœ-minæ ad ornatum vti solent. Vide infra Psalms.

**F R O N T A L I A**, qua nos vulgo *frontaux* vocamus, fronti scilicet applicari solita, gemmis & margaritis cooperta: qua nos olim magno in vsu vidimus. Et hac præcis temporibus equis & elephantis imponebantur, vt videre licet ex Li-uio lib. vij. Bel. Maced. & ex Plinio lib. xxxvij. cap. xij. Hac appellatione vsus est Castellio Eſaiæ 3. pro eo quod vulgata editio dicit gemmas in fronte penden-tes. Vide infra Ampyx, & infra Paropis.

**F V N D A**, est circulus ex auro, aut alio metallo, quo gemmæ ita necuntur, vt aurum non nisi margines amplectatur. Plin. libr. xxxvij. cap. viij. Præstantiores funda clauduntur, id est patentes, nec præterquam margines auro amplectente. Et cap. sequenti: Funda includuntur perspicuæ: cæteris subiicitur orichalcum. Hanc nonnulli, & in his Rodolphus Gualtherus, existimant à Græcis ὀπιδόνης dici, de qua nos infra dicemus.

**G A L B A N V M**, genus vestimenti muliebre, quod à viris gestari, non sine Gibile reprehendit Iuuenalis Sat.ij.

*Cerulea induit scutulata, aut galbana rasa.*

Martialis autem libr. iiij. Epigrammate xl. de Zoilo loquens, veluti delicato, molli, & effeminato:

*Iacet occupato galbanatus in lecto.*

Et alibi, scilicet libr. j. Epigramma. lxij. Galbanos mores dicit pro mollibus & lacluis.

**G A L B E V M**, quoque scribit Festus Pompeius, esse genus ornamenti, siue fuit illud Galbanum, siue aliud: neque enim aliter declarat. Flauius autem Vopifcus

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

55

scis in Aureliano, tradit Tetricum indutum tunica galbina, fuisse ductum in triumphum. Cæterum ipse Sext. Pompeius lib. iiij. scribit Galbeos armillas esse, quibus triumphantes vtebantur. quod an hoc pertineat, cæteri viderint.

**G A L E R V S**, & diminutiué

**G A L E R I C U L V S**, ex alienis capillis confutus, coma scilicet adulterina, quam nos *faulæ perique vulgò dicimus*. Hoc etiamnum mulieres nostræ sæpe vtuntur, vel vt mentiantur veros crines, canosque aut alias deformes capillos occulent, vel vt caluitum velent: vt patet ex hifice versibus Ouidij lib. iiij. de Arte amandi:

*Fœmina procedit densissima crinibus emptis:*

*Próque suis alios efficit ere suos.*

Et alibi lib. j. Amorum, Eleg. iiij.

*O quam lepe, comas aliquo laudante, subebis!*

*Et dices, empta nunc ego merce probor.*

Et Martialis libr. xij. Epigram. xxij. in Læliam:

*Dentibus atque comis (nec te pudet) uteris emptis.*

Quanquam sunt qui Galericulum aliter intelligunt, non tamen longè ab hac nostra significatione. Priore vsus est Iuuenalis Sat. vj.

-- *Flauo crinem ab condente galero.*

Et Statius lib. iiij. Thebaidos:

-- *Arcadij morem tenet ille Galeri.*

Et Claudianus lib. j. de raptu Proserpinæ:

-- *Cyllenius adstitit ales*

*Somniferam quatiens virginem, teclisque galero.*

Altero vsus est Suetonius in Othonem cap. xij. Galericulo capiti propter raritatem capillorum ita adaptato & annexo, vt nemo dignosceret. Estque de eo Apophoretum Martialis lib. xij. Epigram. 50.

*Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,*

*Hac poteris madida condere pelle comas.*

Id etiam Capillamentum dicitur Suetonio in Caligula, capit. ii. Græcis autem φεράναι, & πτλίσιοι, & πτλίσιοι, vt placuit Budæo in Annotationibus, in hoc citanti Demosthenem πορὶ παρεπησθεῖσας, id est, de falsa seu ementita legatione. Cui & tu adde Aristophanem in ea fabula, cui Acharnes titulus est:

τὸ πτλίσιοι πορὶ τὴν λεφαλήν δύ μύσιον.

Quin & ψυρχη dicitur. Horatius Caliendum vocat, vt suprà diximus.

**G A V S A P A**, vestes villosæ, qua hyemali tempore gestantur: quorum meminit Plinius lib. viij. c. xlviij. Martialis li. xij. non semel, & Persius Sat. v. Et his quoque vsas fœminas ostendit illud Ovidianum lib. iij. de Arte:

*Gausapa si sumit, gausapa sumpta proba.*

**G E M M A E**, omnibus nota, qua an & quomodo differant à margaritis, vide infra in Margaritis. Aelius Lampridius scribit Alexandrum Seuerum gemmas de calcementis & vestibus abstulisse. Et postea subdit, eundem gemmas sibi oblatas vendidisse, quod muliebre esse existimaret, gemmas posidere, qua neque militi dari possent, neque à viro haberi. Idem alibi refert, eundem Alexandrum dicere solere, gemmas viris vñi non esse. Vide infra Vniones.

**G E R M I N A**, vide suprà Blasta.

**G R E M I A L I A**, vide infra Periscelides.

**G R Y P H O M A**, γρύφωμα, positum à Polluce inter ornamenta muliebria libr. viij. cap. xxij.

**G Y M N O P O D I A**, γυμνωσίαι, genus calceorum muliebrium apud Pollu-cem lib. vij. cap. xxij. vbi Gualtherus Nudipedia vertit, propterea, vt opinor, quod γυμνῶς nudum significet, & γυμνῶς nudipedem.

k

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

**H**ELICTERES, ἡλικτέρες, apud Pollucem libro v.cap.xvij,in mundo muliebri numerantur: cōsque circa aures esse tradit. Quo in loco Cardines vertit Gualtherus. At libr.vij.cap.xxij.vertit Inaures.

**H**ELICES, ἡλικές, crines mulierum implexi, implicamenta capillorum, inaures, apud Homerum in Hymno Veneris, illius cultum describentem:

Ἐπί ὅπῃ γναρτῆσσι ἔλιναις, λεῖλυναις τε φεύναις.

Quam vocem Andreas Diuus vertit Capreolos: qua ratione, nescio. Nam & postea in eodem Hymno non aliter vertit, quam Helicas. Vertebras autem vertit Gualtherus apud Pollucem.

**H**EMIDIPLOIDION, ἡμιδιπλοΐδιον, id est, semidiploïdion, etiam adscribitur muliebribus vestimentis à Polluce libr.vij.cap.xiiij. Vide Diploidion.

**H**ERMATA, ἡμιτάτα, aurum ornatū apud Homerum libr.xiiij.Iliad.

Ἐπί ὅπῃ ἐγκάτα ἵκει τὸ βήναριον λεβάσιον,

Ἐγκάτα ὅπῃ ὑπόδηματα δίνει θεράπωνες ἔνεναι.

Vbi ipse Andreas Diuus Inaures quoque transtulit. Hec quoque Julius Pollux libr.v.cap.xvij.ponit in mundo muliebri.

**H**IMATION, ἡμάτιον, apud Lyssiam, qui ἡμάτιον γυναικεῖον meminit: de quo tu amplissimè vide Budæum in Commentariis Linguae Græcae, & Bayfium de Re vestiaria. Hima quoque, ἡμάτιον, pro amiculo posuit Homerus, 7.Odyss.

Ἐπί ὅπῃ ἐμάτιον

Στορχὴ μέθιν οὐδὲ, τοῦτο ἐμάτιον εἶναι.

Et in Hymno Veneris, loquens de vestibus illius;

Ἐστεργάλην ὅπῃ πάντα ποιεῖ χροὶ ἡμάτια λειά.

Et iterum postea:

Λύστε δὲ οἱ ζεύνη, ιδὲ ἡμάτια σιγαλόεντα

Ἐκπλευταί.

Et rursum:

Ἄνθην δὲ χροὶ ἐννῦν ἡμάτια λειά.

**H**ORMOS, ὄρμος, monile, corrigia calceamentorum, ut nonnullis placet: de quo Homerus lib.vij.Odyssæ:

Ἐργον δὲ ἐγκάτα ωλονδύσταλον αὔτην' ἐνενε.

Et in Hymno Veneris, vbi id ornamenti genus ipsi Veneri tribuit.

Ὀργανοὶ δὲ ἀμφὶ ἀπάλῃ θεῖην ποικιλεῖς ἡστα.

Hormi autem circa molle collum per pulchri erant.

Ex quo potes intelligere, id genus ornamenti esse collare: pro qua voce Andreas Diuus transtulit Catenas. Postea autem in eodem Hymno vertit Monilia: vti etiam fecit apud Aristophanem in vespis hisce carminibus:

Φιάλες, χλανίδες, σεφάνες,

Ὥρυξ, ἐπωάματα, πλαθόγεια.

Hinc autem ὄρμον, monilia: & ὄρμιστα, dimituum, paruum monile: cuius inter ornamenti muliebria meminit & Pollux libr.vij.cap.xxij.ad fin.vbi Gualtherus vertit Inaures. Vide tamen infrā Isthmion.

**H**VMERALE, ornamenti genus, quod circa humeros ponitur. Vide suprà Epomis. Scio & eo nomine significari arma, quibus humeri teguntur, Iurisconsulto nostro in l. qui commentatus, §.j. D. de re militari.

**H**YDROBAPHE, ὕδροβαψίς, vestis aquatilis, sive colore aquæ, muliebribus peculiaris, que nunc (inquit Pollux) libr.vij.cap.iij. ἡγεμονεῖ appellatur.

**H**YPOCAMPIA, ἡποκάμπια, à Polluce libr.v.cap.xvij.inter ornamenta muliebria posita.

**H**YPODEMA, ἡποδέμα, sive

**H**YPODESIS, ἡποδέσις, id est, calceus, seu calceamentum. Homerus li.xvij.Odyssæ:

Ἐμάτια τ' ἀμφισταμι, ποστὴν δὲ ἡποδέματα ποτοι.

Id autem est veluti generale calceamentorum vocabulum apud Pollucem libr.vij.cap.xxij.ad fin.

HYP

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

56

HYPODERIS, ἡποδέρις, &

HYPODERÆVM, ἡποδέρευον, &

HYPODÆRÆVM, ἡποδέρευον, monile, torques, colli ornamentum, ex Pollu ce lib.v.c.xvij.& lib.vij.ca.fin. Varinus interpretatur Murænulam. Vide Deræa.

**I**N A V R E S, vulgo notæ, quas & inter ornamenta muliebria ponit Iurisconsultus in l.argumento. §.ornamenta ff.de auro & arg.lega. Et de his quoque fit mentio in l.pediculis. §.vlti.eod.titu. Harum quoque multus fuit vñs apud Iudeos, vt pater ex Genesios cap.2.4.Exodi cap.32. & 35.Iudic.8. Iudith 10.Iob 4.2.Prouerb.2.5.Esaïa 3.Ezechielis 16.vbi Hieronymus ita dicit vocari, quod de auribus pendeant: & Hebreis ॥ dici, quod Symmachus ibi interpretatur ἡπεργένειον & Ozeæ 2.cap.

**I**N CINGVLVM, Vide suprà Cingulum.

**I**NDVSIVM, quasi intusum, super quo mox subcula sumitur. Nam Varro lib.j.de Ling.Lat.Intusum vocat, ita scribens, Vnum, quod foris à palam palla: alterum quod intus, à quo intusum. Plautus in Epidico, Indusatum vocat substantiué. Vbi tamen Varro Intusum legit. Nonius Marcellus scribit Indusum esse vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi intusum. Inde autem Indusarius dius Plauto, qui huiusmodi indusia conficit: & pueri Indusati, Apuleio libr.ij.Metamorp.vbi plerique legunt inclusati: & item libro viij.

**I**N STITA, tenuis fasciola, qua stolæ extremitates ambibat. Græci πορχίτινος appellant, quod togæ subsuebatur. Hac honestæ matronæ vtebantur. Horat.lib.j.Serm.Sat.ij.

—Sunt, qui nolint tetigisse, nisi illas,  
Quarum subfata talos tegat instita veste.

Et Ouidius lib.j.de Arte amandi:

Estè procul vittæ tenues, insigne pudoris,  
Quæque tegis medios instita longa pedes.

En iterum testor, nihil hic, nisi lege remissum,  
Luditur: in nostris instita nulla iocis.

Et iterum lib.ij.

**I**STHMION, ἰσθμιον, de quo apud Homerum libr.vij.Odyssæ:

Ἴσθμιον ἱστενει τερπωνευ θεικαλητας ἡγελμα.

Quo in loco Didymus interpres dicit id idem, quod πορχίτινος, de quo infrā dicimus: & in hoc differre ab hormo, de quo suprà diximus, quod isthmion collum cingat, hormos autem ab eodem demittatur: tanquam videlicet illud sit, quod vulgo collar vocamus, hoc autem chainæ. Isthmia ponit Pollux libr.v.cap.xvij.inter ornamenta muliebria: vbi Gualtherus vertit Monilia.

**I**N T E R V L A M, plerique omnes dicunt eam esse, quam vulgo Camisiam, hoc est, tunica carnì proximam appellamus: de qua suprà diximus. Huius meminerunt Horatius, & Martialis & Apuleius libro viij. & Valerius in Epistola ad Rufinum, Valerianus Imperator in quadam Epistola apud Trebellium Pollio in vita Claudi, & Aurelianu alter Imperator in alia Epistola apud Flauium Vopiscum, in vita Bonofici, & Martianus Capella lib.j.vbi scribit Tritoniam Psyche donasse interulam.

**L**APILLI, lapides pretiosi.

**L**LARVA & Laruula, vide infrā Prospis.

**L**ASIRIS, λασίρης, inter ornamenta muliebria numeratur à Polluce libro vij. cap.xxij.

**L**EDARIVM, ἡποδέριον, atque etiam

**L**EDVS, ἡποδέρη, &

**L**EDIVM, ἡποδέρη, tunica æstiua, ut multis placet, communis virorum & mulierum, Polluci lib.vij.cap.xiiij.

k 2

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

LEMNIS CV S , vide suprà in Fasciis ad fin. & præterea Plinium libr.xxj.cap.

iiij. & Festum Pompeium.

LE R IA , ornamenta tunicarum aurea, Sexto Pompeio lib.x.

LIM B V S , vestis pars extrema, apud Virgil. lib.ij. Aen.

-Limbo effulgens, & Gorgone seu.

Et lib.iiij.eiusdem operis.

Sidoniam pīctō chlamydem circundata limbo.

Quo in loco Seruius, Limbus, ait, fascia est, qua ambit extremitatem vestium, secundum antiquum morem. Et Ouid. v. Metam.

-Quam limbus obibat

Aureus: ornabant aurata monilia collum.

Et lib.vj.eiusdem operis.

Vlta pars teles tenui circundata limbo.

Et Statius lib. Achilleidos j.

Et picturato cohíbet vestigia limbo.

Limbolarij.

Tradit autem Trebellius Pollio, Zenobiam Palmyrenorum reginam, ad cōcio nes galeatā processissi cum limbo purpureo. Cæterū Nonius Marcellus scribit Limbū esse muliebre vestimentū, quod purpuram in imo habeat. Arnobius autem contra gentes lib.j. viderur accepisse limbum pro fascia, qua frons immi nuitur, dum scribit, Imminuerent frontes limbis. A limbo autem Limbolarij di cti sunt Plauto in Aulularia, qui limbos conficiunt, vel aptant.

LINT E A M I N A , ponuntur inter ornamenta muliebria, Esaīa 3, cap. &

LINT E O L A quoque, à Plauto in Epidico, &

LINT E V M , inter familiaria vestimenta enumeratur à Iurisconsulto in l. vestis. §. vlt. D. de auro & arg. leg.

LV N V L A , Plauto in Epidico id esse videtur, quod vulgus apud nos auream virgam appellat, qua digito imponitur.

Lunulam arque anellum aureum in dito.

Hancque ponit D. Esaīas cap. iiij. inter ornamenta muliebria. Quo in loco D. Hieronymus interpretatur Bullulas dependentes in Lunæ similitudinem. Se ptuaginta Interpretes ibidem verterunt μνισκος.

M ALACION , μαλάκιον, quod inter colli ornamenta ponit Pollux lib.v. cap.xvij. & alibi simpliciter inter ornamenta muliebria, scilicet libr.vj.cap. xij. Huiusque meminit Nauius Poëta antiquus apud Nonium Marcellum. M A M I L L A R E , velum, aut fascia, qua mulieres mammae constringunt: de quo inter Apophoreta Marcialis lib. xij. disticho lxvj.

Taurino poteras pectus constringere tergo:

Nam pellis mammas non capit ista tuas.

M A N O S , sive Mannos, sive Monos, μανθόν , μανίν , μανίον , genus monilis Do ribus maximè propriū, apud Pollucem li. v.c. xvj. Hinc μαννοφόρον , qui eo vtitur.

M A M I C E S , μαμίκες, idem cum superiori.

M A N I C A E , ornamenta vestium circa manus, vt scribit Seruius libr.ij. Aenei, quibus scilicet manus teguntur. Virgil. lib. ix. eiusdem operis:

Et tunice manicas, & habent redimicula mitre.

Et Plinius Junior lib. iiij. Epistol. v. qua est ad Marcum: Cuius manus hyeme manicis muniebantur, vt ne cœli quidem asperitas vulum studiis tempus eriperet. Hinc Manicas, apud Ciceronem in Catilinam, & Columellam lib. xj. cap. j. qui manicas gestat qui & Manuleatus dicitur Plauto in Pseudolo, & Suetonio in Caligula cap. lij. Quin & Manulearij dicuntur ab eodem Plauto in Aulularia, ipsarum confectores. Scio autem Manicarum alias præterea esse significations, qua huc non pertinent.

M A N T E L I A , de quibus Arnobius aduersus gentes lib. ij. Ex quo satis intel ligis, ea esse quedam mulierum ornamenta.

Manuleatus.  
Manulearij.

MAR

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

57

M A R G A R I T A E , videntur nonnullis differre à gemmis, de quibus suprà diximus, ob ea verba Ciceronis in vj. in Verrem Actione. Neque vllam gemmam aut margaritam suis. Dicunt enim gemmas diuersi coloris esse, margaritas tan rum albas: vel gemmas integras, margaritas pertusas: vt retulit Seruius, subdu bius, vt videtur, enarrans illud Virgil. j. Aeneid.

-Colloque monile

Baccatum, & duplē gemmis aurōque coronam.

& Lactantius, aut quisquis est ille Statij interpres, in locum eiusdem Poëta lib. vj. Thebaidos:

-Teretisque hic vndique gemme.

Verū gemmæ, nisi fallor, sunt veluti genus omnium pretiosorum lapidum, vt videre licet apud Plinium lib. xxxvij. per totum eum librum: margarita autem species sunt, quas scilicet vñiones, & vulgo Perlas dicimus: vt etiam videri potest ex ipso Plinio lib. ix. cap. xxxv. Perrò margaritas inter ornamenta muliebria ponit Iurisconsultus in largumento §. ornamentorum. D. de auro & argento legato.

M A S C H A L I S T E R E S , μασχαλισῆς, ornamentum pectoris & axillarum apud Philippidem Comicum in Αθωνεῖδος, ex Polluce libro quinto, capite decimo sexto. Nam & μασχάλη dicuntur sinus sub summo brachio. Latini vocant axillas & alas.

M A S T V R C A E , sive Masturgæ: vtrunque enim legitur apud Arnobium libro secundo, aduersus gentes. Et inde Masturgus Plauto. Et fortè legendum est Mastruca, & Mastrucatus, vti legitur apud Ciceronem, qui eam vestem Sardorum esse dicit, in Oratione pro Scauro, (vt à nonnullis, citatur: neque enim extat) & in Oratione de Provinciis Consularibus.

M E S O P E R S I C A E , μεσοπερσα, genus calcementorum muliebrium, apud Pollucem lib. vij. cap. xxij.

M I T R A , & diminutiué

M I T E L L A , parua mitra. Nam & mitras inter vestimenta muliebria posuit Iurisconsultus in l. vestis. §. mulieribus. & in l. Quamuis. D. de auro & argento legato. & liber Judith, capite decimo, vbi Castellio Fasciam vertit. Et Esaīas capite tertio, vbi Hieronymus dicit esse capitis ornamentum. Et Varro libro primo de Lingua Latina: & Lucretius libro quarto. Est enim genus fasciæ, sive tæniæ, quo caput obligatur: vt videre licet ex hoc Euripidis loco,

μίτρας ἀνατέρου ἥντα μίτρας πλάκαμα.

& ex illo Herodoti, μίτρας λαζαλίχα. quod & ex illis annotauit Cælius Rhodinus libro sexto, capite decimo, vbi & ipse subdit, esse quosdam, qui sic finiant, ex fascibus, horatrisque concinnatas corollas dici mitras: cāmque appellationem inclinari à μίτρᾳ, quod filum est: atque etiam eo nomine dici zonam, de qua postea dicemus numero trigesimoprimum, incip. quare autem. Apollonius vero Rhodius, libro Argonauticān tertio, scribit Medeam radicem quandam à se decerpitam imposuisse odoratæ mitræ, qua illi circa pectora pen debat:

Τὸν δὲ ἡγε ἐξαντλέσα θυάδει μάτρειο μίτρα.

Η τε δι μέλεσισισ πορφιρίσ εἴσισ.

Et non multò pòst tradit eandem pharmacum, quod ex ipsa radice & aliis rebus composuerat, ē fascia quoque euoluisse.

Γεραπέδη ἀφεδησσα θυάδει μίτρα.

Φάρμακον. --

Virgilius autem lib. ix. Aeneid. huiusmodi ornatum veluti probrosum & muliebrem in viris criminatur:

Ετρυνικανicas & habent redimicula mitre.

Quo in loco Seruius, Pilea, inquit, sunt virorum, mitræ fœminarum, quas ca ligis, ea esse quedam mulierum ornamenta.

k 3

IN TERTIAM LEG. CONV.

lanticas dicunt. Idem Virgilius lib. iii. eiusdem operis:

*Et nunc ille Paris, cum semiuiro comitatu*

*Meonia mentum mitra, crinēmque madentem*

*Subnixus, &c.*

Et Ouidius in Epistola Deianiræ ad Herculem:

*Ausus es hirsutus mitra redimire capillos.*

De calanticis autem suprà diximus. Mitellæ autem nomen usurpauit Cicero in Oratione pro C. Rabirio Posthumo: vbi tamen nonnulli legunt Mitrella. Et Virgilius in Copæ & Apuleius libr. vii. Metamorph. vbi apertè ostendit, id esse ornamentum muliebre: iterumque lib. viiij.

**M O N I L E**, de quo Festus Pompeius lib. xj. Monile, inquit, dictum est ornamenti muliebris genus, cuiusmodi habuisse Eriphylæ fabulae ferunt. Alij autem dicunt esse ornamentum, quod de collo puellarum pendet: ita dictum, quod virtutis admoneat. Nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat. Virgilius libro primo Aeneid.

—Collóque monile

*Baccatum, & duplice gemmis auróque coronam*

*Ferre iubet. — Ouidius v. Metamor. haud multò post prin.*

—Ornabant aurata monilia collum.

Et lib. x. ciu. dem operis:

Pendebant tereti gemmatæ monilia collo.

Et rursum:

*Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.*

Et in Epistola Deianiræ ad Herculem:

*Vidit in Herculeo suspensa monilia collo.*

Cicero loquens de illa Eriphylæ fabula, vj. in Verrem Aet. Eriphylam (inquit) accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, vt cum vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa: salutem viri proderet. Seruus autem interpretans priorem illum Virgilij locum, dicit monile segmentum dicere quod nos postea dicemus. Hieronymus in 3. cap. Esaïæ, dicit monile uno verbo omnia ornamenta muliebria significare.

**M O R T A R I O L A**, vide infrà Olisci.

**M O R T V A L I A**, apud Nonium Marcellū in Patagio, ex Nauio in Lycurgo.

**M V L L E I**, calcei purpurei coloris, qui primum peculiares fuerunt Regum Al- banorum, deinde patritiorum, tandem mulierum. Flavius Aurelianus Imperator apud Flavianum Vopiscum in vita ipsius ad finem, mullos viris omnibus abstulit, & mulieribus reliquit: quod & nos alibi ad aliud retulimus. Dicti autem sunt à mulando, id est, suendo, vt scribit Festus Pompeius: vnde & nullum pīscem dictum putant.

**M V R A E N V L A**, inter ornamenta muliebria posita Nu. 3. Canti. i. & Esaïæ 3. quam colli aurum nunc vulgus appellat, vt tradit Hieronymus, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadā ordinis flexuosi catena cōtextur ex muræna pīscis imagine vocabulo conformatum. Idem Hieronymus in dictum caput 3. Esaïæ scribit murænulas auri atq; argenti texi virgulis. Vide Hypoderæon.

**M V T A T O R I A**, ab Esaïa cap. 3. inter ornamenta muliebria posita: de quibus vide ibi Hieronymum, & quæ diximus suprà in Anabola. Et fortè hæc sunt, quæ Homerius lib. viij. Odyssæ, ειματα ειμολεα vocat, id est, vestimenta mutatoria, permutata, alternata.

Ειματα τ' ειμολεα λεπτα τε θερμα καὶ ένναι.

Castellio autem in dicto capit. iiij. pro mutatoriis vertit Ricas: de quibus infrà dicemus.

**M Y R O N**, μυρος, inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. vij. cap. xxij.

**N I T R V M**, νιτρος, muliebribus ornamentiis annumeratum ab Aristophane in Thesmophor. & à Polluce libr. vij. cap. xxij.

NOS

GLOSSAE PRIMÆ PARS III.

58

**N O S S I D E S**, νοσιδες, è genere calcorum muliebrium Polluci lib. vij. ca. xxij.

**N O V A C V L A**, vide infrà Xyros, & suprà Commotridum.

**N Y C T I P E D E C E S**, νυκτιπέδες, calcorum muliebrium species, apud Pol- lucem eodem loco.

**N Y M P H I D E S**, νυμφίδες, genus calcementorum muliebrium, de quibus Cælius lib. xxvij. cap. xxvij.

**O C H T H O S**, ὄχθος, limbus, vestis muliebris Polluci lib. vij. cap. xxij. Lexici concinnator ὄχθεσσι appellat. Aliud enim illi significat ὄχθος, nempe onus, cumulum, collem, locum inuium.

**O C R E A E**, vide infrà Sceleæ.

**O D O N E S**, de quibus in l. argumento. §. fascia. Ⓛ. de aur. & arg. legat. vbi dici- tur, quod vsum calcementorum præstant: nisi ibi mendum sit, & legendum potius vndonum, quod putat Catelianus Cotta, in verbo Vndones. Sed non video quo modo vndones vsum calcementorum præbeant. Quid verò, si legamus Othones? Sed nec hi utique conueniunt calcementis. Vide infrà Othones.

**O E S P O E O N**, οἴσποεον, genus calcamenti muliebris, Polluci lib. v. cap. xvij. vbi Gualtherus vertit Monile.

**O L F A C T O R I O L A**, inter ornatus mulieres ponit Esaïas cap. 3. quæ cre- diderim ea esse, quæ nostræ mulieres olfactus & odoris gratia specie pomi defe- runt, auro quidem argenteo contexta ac circundata.

**O L I S C I**, ὄλισκαι, annumerant mundo muliebri à Polluce libr. vij. cap. xxij. Gualtherus vertit Mortariola.

**O M P H A C I N O N**, διφάκνων, à Polluce memoratur: pro veste fœminea libr. vij. cap. xiiij. Alias autem significat oleum oliuarum immaturarum.

**O P H I S**, ὄφη, ornamentum manuum, Polluci lib. v. cap. xvij. à similitudine, vt opinor, serpentis dictum. Nam & Anguiculam vertit Gualtherus apud Pollicem lib. v. cap. xvij. Huius etiam meminit Nicostratus Poëta Comicus, & ex eo Clemens Alexandrinus lib. iij. Pædagog. cap. xij. vbi Gentianus Herutetus vertit serpentem. Quo in loco Clemens ipse hac etiam dicit memoratu digna: quod quemadmodum Euam serpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus muliebri aureus, esca vtens serpentis figura, in probra impellit: nempe murænulas quædam aureas, & serpentes ad decorum effingens. Vide suprà Anguicula, & Murænula.

**O P I S T O C R E P I D E S**, ὄπιστοκρηπίδες, genus calcementorum muliebrium, ex Lexico: de quibus etiam Pollux li. vij. c. xxij. non semel. Vide suprà Dipodia.

**O P I S T H O S P H E N D O N E**, ὄπιστοσφενδόνη, ornamentum quoddam muliebre apud Pollicem lib. v. cap. vij. ex Aristophane: & iterum lib. vij. cap. xxij. In priori loco Redimiculum vertit Gualtherus, in posteriori Fundam: de qua su- præ diximus.

**O R E A**, quibusdam genus quoddam ornamenti muliebris: de quo vide infrà Stomia. Quanquam sciām id aliud significare Festo Pompeio lib. xij. ex anti- quis autoribus.

**O R T H O S T A D I A E**, ὄρθοστάδαι, tunicae consistentes, quæ rectæ manent, nec accinguntur, apud Aristophanem: quas Pollux lib. vij. cap. xij. dicit com- munes esse viris & mulieribus.

**O T H O N A E**, ὄθωναι, apud Homerum libr. iiij. Iliad. loquentem de Helena, Αύρια δὲ ἀργεντῖος λελυταμένη ὄθωναι.

Hoc est,

Confestim autem splendidis amictæ othonis.

Andreas autem Diuus vertit Velis: Eobanus Heffsus Amictu. In eo verò loco Didymus interpres dicit, Othonas ex lino contextas esse, alijs ex lana, quibus as- sentitur Pollux. Ego Didymo magis crediderim, quando D. Ioannes cap. xix. scribit corpus Christi obligatum fuisse othonis cum aromatibus. οὐδὲ οἰνοπο- ωνος οὐονιος μετὰ θηραιμάτων: id est, linteis, vt vertunt vulgaris editionis in-

k 4

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

terpres, Erasmus, & Castellio. Cæteri autem Euangelistæ, quod Othoniis dicit Ioannes, Sindone dicunt, quam inter linea vestimenta posuit Pollux. Vide Cælum Rhodiginum lib. xvij. cap. x. & infra in dictione Sindon.

**P ALLA**, à Iurisconsulto ponitur inter ornamenta muliebria, in l. vestis. §. muliebria. Ⓜ. de aur. & arg. leg. Est autem, ut scribit Nonius Marcellus, honesta mulieris vestimentum, hoc est, tunica pallium: quod & tradit Seruius, enarrans illud Virgilii lib. j. Aeneid.

Ferre iubet pallam signis aurisque rigentem.

Vbi præterea dicit, pallam dictam secundum Varromem à vibratione & mobilitate, qua est circa finem huiusmodi vestium, ἡνὸς τοῦ μελλού. Ea autem ad vestigia usque demittebatur. Virgilius libr. ii.

—Pro longe termino palla

Tigrida exuviae per dorsum à vertice pendent.

Quo in loco Seruius, Palla, inquit, propriè est muliebris vestis, deducta usque ad vestigia. Tibullus libr. j. Eleg. vij.

Fusa sed ad teneros linteas palla pedes.

Et libr. iiiij. de laude Sulpitiae ad Martem:

Vrit, seu Tyria voluit procedere palla.

Horatius lib. j. Sermon. Saty. ij.

Ad talos stola demissa, & circundata palla.

Ouidius libr. xj. Metamorph.

Ille caput flauum lauro Parma side vincetus,

Verrit humum Tyrio saturata murice palla.

Ea quoque usque fuisse mulieres constat ex eo Plauti loco in Menæmisis:

Hanc modò vxori intus pallam surripui, ad scortum fero.

Item ex aliis multis eiusdem fabulæ locis. Hanc nonnulli dictam putant, quod palam & foris esset, sicuti & virorum pallium: de quo & nos statim dicemus.

**P ALL V L A**, diminutiuum, apud Plautum in Truculento:

Aut petit aurum, quod conficissa pallula est.

**P ALL I V M**, quod iurisconsultus in d.l. vestis. §. communia. Ⓜ. de aur. & argen. leg. ponit inter communia virorum & mulierum vestimenta, quæ promiscua vocat Tacitus libr. iiij. Sub eo autem tunica sumebatur. Vnde factus est locus proverbio, Tunica pallio propriæ, apud Plautum in Trinummo. De pallio, ut vestimento muliebri, fit mentio apud Ouid. lib. iiij. Amor. Eleg. ij.

Sed nimium demissa iacent tua pallia terre:

Collige: vel digitis, en ego tollo meis.

Et libr. j. de Arte amandi:

Palla si terre nimium demissa iacebunt,

Collige, & immunda sedulus effe humo.

Item Genesis 24. cap. vbi Isaac, viso Rebecca, tollens citè pallium suum, operuit se. Apud Flavium Vopiscum vxor Aureliani Imperatoris ab eo petiuit, ut vnico pallio serico vteretur. Plautus in Bacchidibus, & in Milite, Malacum pallium dicit, pro molli & delicata. Est autem liber Tertulliani hoc titulo, De pallio: quo satis ostendit, id quoque virile esse vestimentum.

**P ALL I O L V M**, diminutiuum, apud Iuuenalem Saty. iiij.

Vxorem Comedus agit vel Dorida, nullo

Cultam palliolo...

Et apud alios plerosque, præsertim apud Esaiam capite 13, vbi inter ornamenti muliebria ponitur. Quanquam Iurisconsultus noster in d.l. vestis. §. virilia, id ponat inter virilia vestimenta: quod è magis miror, quod postea pallium inter communia connumeret, ut diximus. Nam & virorum usque satis ostendit illud, Pallium & barbam video: Philosophum non video. Id enim pro-

primum

GLOSSAE PRIMÆ PARS III.

59

primum Philosophorum erat. Sed & Palliolum quoque mulierum esse, innuit Iurisconsultus in l. Titia. Ⓜ. de auro & argento legato, vbi mulier mulieri legat palliola. Hieronymus autem Esaiæ tertio capite, dicit à Græcis θέρισπει vocari, de quo postea Castellio eodem loco pro palliolis, quibus est usus vulgaris interpres, vertit Supparos: de quibus postea dicemus. Cæterum Flavius Vopiscus in Bonoso, Tunicas palliolatas dicit. Vide suprà Ampechonium.

**P A R A L V R G E S**, παραλυτές, vestimenti genus, utrinque habens intextam purpuram: Iones παραλυτές vocant, vt scribit Iulius Cellus libr. vij. cap. xiiij.

**P A R A P E C H Y**, παράπηχυ, tanquam dicas cubitale, apud Pollucem lib. vij. ca. xiiij. vestis alba, cubitum (vnde illi nomen est) purpureum contextum habens. A Varrone lib. j. de Ling. Latin. inter ornamenti muliebria ponitur.

**P A R I L I A**, apud Varronem lib. iiiij. de Ling. Lat. hinc dicta, ut ipse dicit, quod facta essent duo simplicia paria.

**P A R N A C I D E S**, vestes puellarès, ex Catone apud Nonium Marcellū. Vide suprà Encombomata.

**P A R O P I S**, παρόπις, inter instrumenta muliebria annumeratur Polluci libr. x. capit. xxviiij. Rodolphus Gualtherus Frontale vertit, de quo suprà diximus.

**P A R O T I O N**, παρότοιος, ornamentum aurum, ex Lexico.

**P A R Y P H E S**, παρύφες, tanquam dicas intertextum, Aristophani in Thesmophor. & ex eo Clementi Alexandrino libro secundo, Pædagog. capite duodecimo, vbi interpres vertit Prætextam. & Polluci libro septimo, capite decimotertio. Vide Cælum Rhodiginum libro decimosexto, capite septimo, & paulò antè in dictione Paralurges.

**P A T A G I V M**, Nonius Marcellus tradit esse auream chlamydem, quæ pretiosis vestibus immitti solet. Sextus autem Pompeius libr. xiiij. Patagium est, inquit, quod ad summam tunicam assui solet, quæ Patagiata dicitur. Et certè patagij mentio est apud Tertullianum in libro de pallio. & Apuleium libro ij. Metamorpho. Quo in loco Beroaldus dicit patagium id genus ornamenti dici, quod mulieres in summa camisia parte circa collum assuunt, crissimatum, & vt inquit Apuleius, pinnatum. Patagiata meminit Plautus in Epidico. Hincque Patagiarij, vt dicit Pompeius, qui huiusmodi opera faciunt, apud ipsum Plautum in Aulularia.

Patagiarij.

**P E C H Y A L E S**, παρχαλύες, vide suprà Paralurges.

**P E C T E N**, omnibus notus: ita autem dictus (vt refert Varro libr. iiiij. de Ling. Lat.) quod per eum explicatur capillus. Huc autem inter instrumenta muliebria ponit Pollux libro decimo, capite vicecimo octauo. De hoc est apophoretum Martialis libr. xiiij.

Quid faciet nullos hic inventura capillos,

Multifido buxus que tibi dente datur.

**P E C T O R A L E**, quod ante pectus ponitur. Nam & hoc legimus inter ornamenti muliebria, ut suprà diximus de fascia pectorali.

**P E D I L O N**, πεδίλιον, talare calceamentum varium. Homerus libr. ij. Iliad. atque iterum iij. eiusdem operis, loquens de cultu Iunonis:

ποσὶν ἔπαιδει πεποιησιν εἰλέγοντα λεπτὰ πεδίλια.

Quam dictione Eobanus vertit Sandalia, Andreas autem Diuus Calceamenta.

**P E L Y N T R A**, πελυντρα, calceorum species ex Polluce libr. vij. cap. xxij. ex autoritate Aeschylus in Phœnissis.

**P E N T E C T E N A**, apud Antiphænum, Pollux libr. vij. cap. xiiij. dicit tunicellas esse iuxta oram purpura ornatas, radiis quinque intexta.

**P E N V L A**, quæ Iurisconsultus in d.l. vestis. §. communia ponit inter vestimenta communia viroru & mulieru: licet inter muliebria simpliciter posuisset in §. muliebria, qui cōtinéter illū præcedit. De hac Aelius Lāpid. in vita Alex. Seueri: Penulis (inquit) ut frigoris causa senes intra virbē vteretur, permisit: cùm id vestimenti

k 5

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

vestimenti genus semper itinerarium aut pluuiæ fuisse. Matronas tamen intra urbem penulis vti vetuit, in itinere permisit. Ex quibus intelligis, penulam arcendis pluuiis fuisse vsi, & eam dici, quam vulgo *manteau* vocamus: fuisseque promiscuum viris & feminis. Scitum est autem illud Quintiliani, lib. vj. cap. iij. Cum Galba negasset roganti penulam: Non pluit (inquit) non opus est tibi: si pluet, ipse vtar. Vide de hac plura apud Bayfium de re vestiaria.

**P E P L V S**, siue *Peplum*, est palla piæta foeminea, vt tradit Seruius enarrans eum locum Virgilij lib. j. Aeneid.

*Grinibus Ilades passa, peplumque ferebant.*

Laetatus Placidus, aut vt alij vocant, Luctatius, in Statij Thebaïdem li. x. haud multo post princip. scribit peplum esse vestem candidam aureis clavis piætam, si ne manicis. Homerus lib. vj. Iliad. refert Hecubam, consilio Heleni vatis, ex suis vestibus pretiosissimum peplum, comitante cœtu matronarum ad templum Palladis tulisse. Martianus lib. j. de Nuptiis Philologiae, tradit Iunonis peplum esse caligosum, quod tamen si appulsi cuiusdam luminis tangatur, inter obte-nebrantes nebulas, suda perspicuitatis gratia prænit. Sunt autem, qui peplos, ab eanis, quos suprà memorauimus, distinguant: vt scilicet pepli sint variegati: & id quidem verum est, vt patet ex Homero lib. xvii. Odyss.

Ἄνθρωποι μὲν ἐν τε κατὰ πολυκαλλέα πέπλοις.

Eani autem nullis distinguantur varietatibus. Quod vtique falsum est, vt patet ex Homero, loco priori suprà citato in Eano. Ideoque alijs utraque voce idem significari volunt, vt videre licet ex ipso Homero in Hymno Veneris: quo in loco describit ornatum illius, quando cum Anchise concubuit: & quem Eanum prius vocarat loco posteriori citato in Eano, mox Peplum vocat:

πέπλοις μὲν γέρεο φανόντεροι πυρὸς αὐτοῖς.

Si autem alia de peplo scire cupis, lege Pollucem lib. vij. cap. xij. vbi primùm id ponit inter vestimenta foeminea: deinde subdit, & viris quoque conuenire, ex Xenophontis autoritate de Armenio loquentis: nisi forte ob id dicit, quod barbari erant, & vestitu foemino delebatabantur. Deinde dicit peplum & canū idem esse: licet nonnulli tradant, eanos dici vestes variegationibus carentes, variegatas autem peplos vocari. Lege etiam Cælium Rhodiginum lib. xiiij. cap. xvii. Illud tantum addam, Homerum ab hoc genere vestis mulieres interdum vocare ἐλαιστέπλοις, ταυτίτεπλοις, & ἐνπέπλοις: vt dicimus postea nume. 3. incip. quod autem Homerus.

**P E R I B A R I D E S**, παλαιάριδες, calceamenta muliebria, præcipue famularum, ex Polluce lib. vij. cap. ij. ex autoritate Cephissodori in Trophonio.

**P E R I B L E M A**, πριβλημα, positum Polluci inter vestimenta communia viorum lib. vij. cap. xiiij. vbi Gualtherus Amiculum vertit in duobus locis. Lexicon autem interpretatur Pallium, & Sagulum, quod circumiicit corpori.

**P E R I B A C H I O N I A**, παλαιάρινα, a Polluce lib. v. cap. xvj. mundo muliebri adscripta, & à nobis suprà memorata in Armillis.

**P E R I C A R P I V M**, ornamentum circa exteriorem partem manus, id est, iuncturam ipsius, quam Graci λαρητοὶ vocant. Ex Polluce lib. v. cap. xv.

**P E R I C H I T O N I V M**, vide suprà in Instita.

**P E R I D E R A E O N**, παλαιάριον, collarium, siue collis ornamentum, apud Pollicem lib. v. cap. xvj. & li. vij. ca. xxij. vbi Gualtherus priore loco vertit Ceruical, posteriore Monile. Vide supra in Ceruicali.

**P E R I D E X I O N**, vide suprà in Dextrialibus.

**P E R I L E V C O N**, πριλευκον, Antiphani memoratum, & Polluci lib. vij. cap. xiiij. declaratum. Erat enim tela ex purpura texta, aut colore alio, in fimbria album colorem intextum habens.

**P E R I N E S O N**, πρινον, atque etiam

**P E R I N E S S A E O N**, πρενίσσαον, Antiphani quoque memoratum, & Polluci loco

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

60

loco ultimo citato etiam declaratum, vt sit vestis fimbriata, habens fila dependentia, aut purpurim circunquaque ad oras contextam, insula quadam imagine: ideoque hunc habitum (vt ipse ait) Αναξιλας νήσου, id est, insulam vocat, cum scribit, καὶ τῶν γυναικῶν δαλατζα, νησογ ἀκριεννύται: nisi forte aliam vestem intelligat.

**P E R I P E Z I A**, παλαιάρια, & Peripezides, παλαιάριδες, pedum ornamenti, ex Polluce lib. v. cap. xvj. vbi hac tamen distinguit.

**P E R I S C E L I D E S**, παλαιάριδες, crurum vel brachiorum ornamenti, à προποτί circùm, & σκέλος crus, & brachium. Dictio igitur Græca est, sed à Latinis usurpata, videlicet Horatio lib. j. Epistola xvij.

--Sepe catellam,

*Sepe periscelidem raptam sibi flentis.*

Et ab interprete Bibliorum Nu. 31. & Esaiæ 3. Porphyrio autem interpres Horati, vbi suprà, dicit periscelidem esse ornementum pedis circa crura. Hieronymus in Epistola ad Fabiolam, Quia Græci (inquit) παλαιάρι vocant, nostri Feminalia dicunt, vel Braccas, vsque ad genua pertingentes. Illum autem locum Numeror. 31. Septuaginta interpres verterunt χιλδῶνα, vt & suprà diximus in dictione Chlidones. Iulius Pollux Onomastici lib. i. eo capite, quo tractat de planta, huius ornamenti meminit ex Menandro, qui huiusmodi periscelidas dicit puellas gestare. Et hac quoque voce vsus est Paulus Aemylius Historiæ Francor. lib. ii. pro eo, quod vulgo iarrerite vocamus: idque ponit pro insigni ordinis Regis Anglorum. Tertullianus in li. de cultu sceminarum, paulò ante finem, ita de his loquitur, vt planè ostendat, hac esse crurum ornamēta. Nefcio an crus à periscelide in neruina se patiatur arctari. Diuus autem Hieronymus in d. cap. 3. Esaiæ, videtur intelligere ea esse ornamenta pedum. Cui succinct Pollux libr. v. cap. xvj. vbi Gualtherus vertit Tibialia. Cælius Rhodiginus lib. iiij. cap. ii. scribit periscelides dici, quæ vulgo gremialia vel transuersa dicunt.

**P E R I S P H Y R I O N**, παλαιάριον, pedis ornamentum, aut fimbria, vt vertit Laurentius Valla, in lib. iiiij. Herodot. Pollux quoque libr. v. cap. xvij. id inter pedis ornamenta enumerat: vbi Gualtherus vertit Talare.

**P E R I S T E T H I O N**, παλαιάριον, pectorale ornamentum mulieris circa pectus, Polluci lib. v. cap. xvj. nam στήλη pectoris est.

**P E R I T R A C H E L I O N**, παλαιάριον, ornementum collis ex Polluce libr. v. cap. xvj. τράχηλος enim collum, tanquam dicas collarium. Vide suprà Isthmion.

**P E R I Z O N I A**, de quibus supra in Castulis.

**P E R O N E**, προποτί, fibula: vide προποτί, & προποτί, fibula neco. Vnde apud Homerum legitur, χλαῖνεγ προποτί, id est, vt interpretatur Euosthius, peronis siue fibulis colligatur: & apud eundem lib. xvii. Odyssæ:

Ἐγ δέ τοι προποτί προποτί, πατέας

Χρυσοῖς πελτοῖς τετράπλασις ἀργαλαῖς.

Ἀντοῖς δέ προποτί χρυσοῖς τετράπλασις

Αντοῖς δέ προποτί πελτοῖς...

Hanc ponit Pollux lib. vij. ca. xxij. inter ornamenta muliebria: vbi Fibulam vertit Gualtherus. Pero autem Latinis calceamenti genus est. Quia voce vsus est Pero quid. Cato Originum lib. vij. & Virgilius lib. vij. Aen.

--Crudus tegit altera pero.

Vbi Seruius dicit esse rusticum calceamentum. Et Iuuinalis Sat. xijij.

*Nil vetitum fecisse volet, quam non pudet alto.* Peronatus.

*Per glaciem perone tegi.* Hinc deducitur adiectum Peronatus, quo vsus est

Perius Sat. v. Ex quibus intelligis, quod aliud significet Perone Gracis, quam

Pero Latinis.

**P E R S I C A E**, προποτί, subligaria Aristophani.

**P E Z A**, πεζα, fimbria, ora, cyclas, limbus, & quicquid vestis extremitatem ambit. Ex Lexico.

PHAR

IN TERTIAM LEG. CON NVB.

P H A R O S , φάρος , vestimentum commune viris & mulieribus, Polluci libr. vij. cap.xiiij. Gualtherus vertit Pallium, de quo suprà diximus.

P H E N A C E , φενάκη , idem quod galericus, de quo suprà diximus, ἀπὸ τοῦ φενακίδης , quod decipere est.

P H I T T A C I D E S , φιττακίδες , genus calceamentorum muliebrium , apud Pollucem lib.vij.cap.xxij.

P H Y L A C I D E S , τούρακοι , genus calceamentorum muliebrium , apud Pollucem lib.vij.cap.xxij.

P I L I D I O N , vide suprà in dictione Galericus.

P L A G A E , & diminutiæ

P L A G V L A E , Nonio dicuntur linteum tegmen , quod nunc torale vel lectuariam sindonem dicimus. Varro de Vita pop. Rom. Chlamydes, plaga, vela aurea. Et rursus : Eburneis lectis, & plagiis sigillatis.

P L A S T R A , τσλάστρα , commemorata inter ornamenta muliebria Polluci libr. vij.cap.xxij.

P L O E A R I A , τσλοιάρια , calceorum muliebrium species, qua ἀκόνια vocat Aristophanes, apud Pollucem libr.vij.ca.xxij.

P L O C I O N , τσλόνιοι , ornamentum, tricha, inauris, genus monilis implexum & obliquum. Pollux lib.v.cap.xv. dicit id esse ex colli ornamenti.

P O L Y M I T A , vestis versicoloribus licetis contexta, apud Plinium lib.vij.cap. xlviij. Eadem quoque voce vsus est interpres Bibliorum, Genesis 37 & alibi sa- pe. Nam Gracè πλάνη multum significat, & μίτρα filum seu licium. Extat Martialis Apophoretum de polymita cubicularia, lib.xijij. disticho 150.

*Hec tibi Memphis tellus dat munera: vičta est*

*Pectine Nilaco iam Babylonis acus.*

Vnde & Polymitarius, huiusc vestis textor, ij.Regum.cap.21.

P O M P H O L Y X , vide suprà Ampulla.

P O R P E , πόρπη , fibula, bulla, monile. Ex Lexico. Hanc autem inter alia Veneris ornamenta, tribuit ei Homerus in Hymno ipsius:

πέρπης τε, γυαμῆτας δ' ἐλικας, λαλυκας τε, ναὶ ὄγυς.

Vbi Andreas Diuus transtulit Fibulas.

P R A E C I N C T O R I A , vide supra in Castulis.

P R O C O M I O N , προκόμιον , id est, vt interpretatur Theodorus, coma appositiæ, que quibus aliis nominibus vocetur, videbis suprà in Galericulo. Hoc autem inter ornamenta muliebria posuit Pollux libr.vij.cap.xxij. vbi Gualtherus vertit Antias.

P R O S C E P H A L A E O N , vide suprà Ceruical.

P R O S O P I S , προσωπίς , & Prosopæon, προσωπῖον , apud Aristophanem in Danaïdibus, id est quod larua & laruula, adscripta instrumentis muliebribus à Polluce libr.x.cap.xxvij.

P S A L I S , φαλις , & Psalidion, φαλιδίοι , forfex, quam Pollux lib.vij.cap.xxij. & iterum lib.x.cap.xxvij. ponit inter instrumenta muliebria. Vide suprà Forfices.

P S E L L I O N , φέλλιοι , armilla, ornamenti manuum, apud Xenophonem lib.j. αναβάσεως scribentem, Persas σπερθόντος πόρι τῷ πραχήλῳ καὶ θέλμα ἐπὶ τῷ χρέῳ ἔχον. Et apud Plutarchum in Cimone, recensentem spolia Persica. Traditique Athenæus hæc ex margaritis quandoque fieri solita. Vide suprà Echini. Porro nota est historia Brenni Gallorum Regis, qui cùm depopulatus Afiam Ephesum aduentusset, plebeiam pueram adamauit, qua ei & concubitus & Ephesi proditionem pollicita est, si mundum sibi muliebrem & pellia traderet: quod annuit Brennus, & orauit milites, vt in avarissima pueræ gremium, aurum quod gestabant, immitterent: quo ea obruta periret: vt scriptit Clitophon lib.j. Rerum Gallicarum, & ex eius autoritate Plutarchus in Parallelis, ca.xxx. Hinc autem Herodoto lib.ij. Pselliophori, id est, armillati. Psellion autem inter ornamenti carpi, hoc est, iuncturarum manuum ponit Pollux libr.v.cap.xv.

P S Y C H R O B A P H E S , φυχροβαψίς , vide suprà Hydrobaphes.

Pselliophori.

PVLV

GLOSSAE PRIMÆ PARS III.

61

P V L V I N A R , & Puluinus, & diminutiæ Puluillus, à pluma nomen habent, vt quidam tradunt, quasi Pluminus, Pluminar, & Plumillus. Ex pluma enim mollissima conficiuntur, vt ijs incubentes molliter quiescant: neque tam capit, quām cubito, subiiciebantur. Ex quo illud Ezechielis Prophetæ, ca.xij. Vx his qui consumunt puluillos sub omni cubito manus. Et paulò infrā: Ecce ego ad puluillo vestros, quibus vos capitis animas volantes: dirumpam eos in manib⁹ vestris. Sed & de puluillo Apuleius lib.x. non semel. De puluinari est illud Ouidij lib.j.de Arte amandi:

*—Fuit virile mulis*

*Puluinar facilis compoisse manu.*

His autem puluinis sericis vlos antiquos fuisse, vt & nunc, constat ex Martiali lib.iiij. Epigram. xl.

P V L V I S C V L V S , quo mulieres vtuntur ad munditium dentium. Apuleius in Apologia Magiæ:

*Misi, vt petisti, munditias dentium*

*Nitelas oris ex Arabicis frugibus*

*Tenem, candicum, nobilem puluiculum,*

*Complanatorem tumidule gingivule,*

*Conuerritorem pridiante reliquie:*

*Nequa visatur tetra labes fordium,*

*Restriciliis fortè si labellis riferis.*

P V M F X , vide suprà Cifferis.

P Y L E O N E S , πυλώνες , apud Pollucem libr.v.c.xvj. Gualtherus ex Callima- cho Corollam vertit.

R ALLA , genus vestis, apud Plautum in Epidico:

*Quid iste, que quotannis nomina inueniunt noua,*

*Tunicam rallam, tunicam spissam?*

Dicta est autem à raritate, vt scribit Nonius Marcellus.

R E C I N I V M , aut vt alij vocant,

R I C I N I V M , genus vestis quadrata, vt scribit Sextus Pompeius lib.xvij. hinc dictum, vt tradit Varro lib.iiij. de Ling. Lat. à reiicio, quod dimidiam eius partem retrosum reiiciebant. Dicitur & Recinus, vt constat ex Seruio, qui interpretans illud lib.j. Aeneid.

*Romanos rerum dominos gentēmque togatam.*

Ricinus, inquit, dicitur ex eo, quod post terga reiiciatur. vbi etiam ostendit in vñsi fuisse mulieribus. Huius quoque mentionem fecit Tullius libr.j.de Legibus. Nonius quoque Marcellus citat Lucilium libr.j.Satyrarum:

*Ricini aurati rice, atque horavia, mitre.*

Et Varronem in Prometheo lib.j.

*Alienitram vicinam, aut mirram Melitensem.*

Martianus Capella libr.j.scribit Tritoniam Psyche donasse ricinum resolutum. A ricinio Riciniatus dicitur Arnobio aduersus gētes. Vide infrā Rica & Ricula.

R E D I M I C V L V M , à redimiendo dictum, apud Virgilium lib.ix. Aenei. illo carmine suprà sapientis citato,

*Et tunica manicas, & habent redimicula mitre.*

& apud Ciceronem v.ii. Verrem A&t.apud Plautum in Truculento, Ouidium lib.iiij. Fastorum, & lib.x. Metamor. & in Epistola Deianira ad Herculem, qua illum incessit, quod aufus esset,

*Hirsutos mitra redimire capillos.*

Vnde postea subdit:

*Detrahat Anteūs duro redimicula collo.*

Et apud Iuuenalem Sat.ij. non semel: & apud Martianum Capellā lib. ix. Est autem ornamentum capitis mulierum, & vittarum tænia pendentes à posteriori parte mitræ. Et vt tradit D.Hieronymus 2.Homilia in Cantica canticorum, in-

1

IN TERTIAM LEG. CONNVE.

interpretans Origenem: Redimicula h̄c dicit conſtitutions vel connexiones moniliū, quae in ceruicibus ſedē ſolent, ex quibus deducitur & descendit per collum reliquus omnis ornatus.

**R E D V N C V L V M**, quod Sextus Pompeius dicit vocari catellam, qua maximè vtuntur ornatus cauſa. Et licet ita ſcribatur in omnibus codicibus, vereor tamen, ne ibi Redimiculum fit legendum.

**R E T I C V L V M**, quod à Iurisconsulto poſtum eſt inter ornamenta muliebria in lārgumento. ſ. ornamentorum. Ⓜ de aur. & arg. leg. tegmen capitū muliebre, vt tradit Nonius ex Varro. De hoc Iuuenalis Sat. i.j.

*Reticulūmque comis auratum ingentibus implet.*

Et Tullius viij. in Verrem Aet. Ipſe autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo: reticulūmque ad nraes ſibi opponebat: tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſa. Ex quo loco intelligiſt, id dici faciam lanceam vel lincam, ad formam retis factam, quam facie admodumemus, ne agnoscamus, vel vt nraes ſuiaſ odores admoueamus. Sed cūm ad ornatum mulierum ſpectat, id certe eſt, quod capillos continent, quod nos vulgō *coiffe* vocamus. Nam vt dicit Varro lib. iiiij. de Ling. Lat. diſtum eſt à reti, quod capillum contineret, & Reticulum à rariitudine. De hoc reticulo videtur intellexiſſe Ouidius lib. iiij. de Arte amādi:

*Hanc decet ornari reticulūne Cyllenea.*

vt ſcilicet reticulum ſit curuum inſtar teſtudinis. Quare autem Cyllenāam appetet, diſces ex interpretibus: nihil enim ad hunc locum pertinet.

**R E T I O L V M** quoque à multis dicitur in eadem ſignificatione.

**R H I P I S**, ſpiris, flabellum: Polluci poſtum inter ornamenta muliebria. vide ſuprā Flabellum.

**R I C A**, & diminutiūē

**R I C V L A**, de quibus Sextus Pompeius lib. xvij. Rica, & Riculae vocantur parua ricina, & palliū ad vſum capitū facta. Granius autem (vt ille ſubdit) ait eſſe muliebre cingulum capitū, quo præcincta Flaminica redimitur: aut vt in aliis codicibus legitur, quo pro vitta Flaminica redimitur. Nonius autem Marcellus, Rica, inquit, eſt, quod hodie ſudarium dicimus: allegātque Plautum in Epidico, Serenum in Opuscul. libr. j. & Naevium in Pedio. Ex quibus ſatis conſtat, haec eſſe ex ornamentiſ muliebribus. Quid autem ſit ſudarium, dicemus poſtea. Confeſtim autem poſt ipſe Marcellus de Recinio loquitur, & citat illud Turpili in Veliterna,

*Ducit me ſecum: poſtquam ad edem venimus,*

*Venerat̄ Deos. Interim aſpexit virginem*

*Gestantem in capite riculam inductam oſtrinam.*

Ex quo intelligiſt, iſum Marcellum censuſſe, idem eſſe riculam & ricinium: de quo ſuprā diximus. Vide item ea, quae retulimus in diſtione Mutatoria.

**R O T V L A**, vide ſuprā Circulus.

**S A M A C I A**, ſpira, ornamenta quædam muliebria ex Polluce lib. v.c. xvij. **S A N D A L I A**, ſandalia, pedum muliebrium ornamenta, de quibus lib. Juſthi cap. x. Menander, Herodotus, Cratinus in Legibus, Cephisodorus in Trophonio, Eupolis in Aurea atate, & omnes ferē Comici, vt ſcribit Pollux libro vij. cap. xxij. & præterea Clemens Alexandrinus libr. ij. Pædagog. cap. ii. Sed & eadem voce vtitur ē Latinus Terentius in Eunucho:

*Vrinam tibi commitigari vidarem sandalio caput.*

Vbi Donatus calceamentū eſſe dicit. Julius Pollux alibi tradit, genus calceamēti fuſſe Hetrusciſ peculiare. D. Hiero. in Eſaiā c. 20. dicit sandalia caligas vocari. Vide ſuprā Pedilon. Philoſtratus in imaginibus effingit Cupidinem cum fandalis inauratis.

**S A R D I A**, ſpira, inter ornamentiſ muliebria recenſentur à Polluce libr. vij.c. xxij. ad finem.

S C E L

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

62

**S C E L E E A**, ſpira, inter genera calceamentorum poſtā à Polluce lib. vij. cap. xxij. vbi ſcribit, nonnullos exiſtimare, eadē eſſe cum autopoditis, de quibus ſuprā diximus. Has autem Gualtherus Orcas vertit.

**S C I A D I O N**, ſpira, vmbraculum, vmbella apud Pollucem lib. x. cap. xxvij. Vide inſtrā Vmbraculum.

**S C V L P O N E A E**, calcei ex lana confeſti, Naevio, Plauto in Casina, & Catoni de Re ruſt. cap. lix. Hinc Sculponeatus, apud Varro, qui ſculponeis induit, eſt: Aspicio ſculponeatam bigas ſequi cornutas. vt hinc intelligas, & ad ſcenamas id genus calceamenti pertinere.

**S C Y T H I C A E**, ſpira, calceamenti genus, apud Alcaēum & Stephanum, au- torē Cælio Rhodigino libro xvij. cap. xxij.

**S E G M E N T V M**, colli ornamentiſ, quod & Monile dicitur, Seruio in lib. j. Aen. ſic diſtum, quid ex ſegmentis fieri conſuecerit, id eſt, bracteolis aureis vel argenteis. Valerius Maximus lib. v. cap. xxij. vbi de Coriolano loquitur: Matronis (inquit) permifit, aureis vti ſegmentis. De hoc etiam Iuuenalis Sat. i.j.

*Segmenta, & longohabitus, & flammae ſumit.*

Quo in loco ſunt qui interpretentur Facciolas, quae in vestis extrema parte aſſuta, iuncta, ornatō ſunt indumentis muliebribus: vel quibus noua nupta amicitur, vt tradit Probus. Alij accipiunt pro margaritis & murænulis, id eſt, torquibus. Ouid. iiij. de Arte amandi:

*Quid de veſte loquar non iam ſegmenta requiro.*

Quem in locum Merula, & Mycillus interpretes multa de his dicunt, vt ibi videre poteris.

**S E L E V C I D E S**, ſpira, calceamentū muliebre, apud Pollucē li. vij. c. xxij.

**S E M I C I N C T I A**, quae & Ventralia dicuntur, demix. ceintz vulgō diſta, de quibus eſt illud Martialis Apophoretum lib. xiiij. diſticho cliij.

*Det tunicam diues: ego te preceſſere poſſum:*

*Eſſem ſi locuples, munus vtrunque darem.* Vide paulo pōſt Semizonæ.

**S E M I M I T R A**, inter ornamentiſ muliebria ponit ab Vlpiano in lārgumento, ſ. ornamentorum. Ⓜ de auro & arg. leg. V ide Mitra.

**S I C R I C A**, à ritu, quid Romano ritu foeminae facientes ſacrificium, ea capita velabant, vt tradit Varro lib. iiiij. de Ling. Lat. Quāquā multō veriſimilius eſt, Varro ibi de rica loqui: locumque librariorum incuria corruptum eſſe, qui duas diſtiones Sic rica, in vnam contraxerunt.

**S I C Y O N I A**, genus calceamenti, Sexto Pompeo lib. xvij. ex Lucillio:

*Et pedibus leua Sicyonia demit honesta.* Cui adde illud Lucretij lib. iiij.

*Et pulchra in pedibus Sicyonia rident.*

Et illud Ciceronis ex lib. j. de Oratore: Si mihi calceos Sicyonios attulifſes, non vterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles.

**S I N D O N**, poſita ab Eſdra cap. 3. inter vestimenta muliebria, de qua Martialis lib. iiij. Epigram. ix.

*Ridebis ventoſ hoc munere teclitus, & imbreſ:*

*Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.*

Eſtque velum tenuiſſimum, vt plerique omnes interpretes afferunt. Cōſule Cælium libr. xvij. cap. x. Sindonis autem fit mentio Judic. i. 4. Proverb. 31. Matthæi 27. Marci 14. & Luca 23. Vide ſuprā Amictoria, & Othones.

**S I S Y M B R I O N**, inter ornamentiſ muliebria poſitum, Polluci lib. v. cap. xvij. Verū apud Aristophanem Sifymbria vocant folia & flores, quibus ſponſi coronantur, vt etiam inter cateros annotauit Cælius lib. xxvij. cap. xxvij.

**S I T L A E**, ſpira, aurum muliebrium ornamentiſ apud Dores, teste Polluce lib. v. cap. xvij.

**S O C C I**, vulgō noti, & diminutiūē

**S O C C V L I**, ſepe Plinio memoratiſ: ſed hunc tantū locum citare volui ex li. xxxvij. cap. ij. Qui ſuper omnia muliebria ſocculos inducta eſt margaritis. Sue-

1 2

IN TERTIAM LEG. CON NVB.

tonius autem Vitellio cap.ij.Pro maximo(inquit)munere à Messalina petiit, vt  
fibi pedes praeberet excalciandos: detratumq; foculum dextrum inter togam  
tunicasque gestauit absidue.Idem in Caligula, cap.ij.tradit, Caligulam sape in  
publicum processisse in focco muliebri.

**S O L E A**, vulgo cognita, ita dicta, vt ait Festus Pompeius, quod solo pedis subi-  
soleatus. ciatur.Cicerio de Arusp. responsi: Clodius à crocata, à mitra, à muliebribus so-  
soleatus. leis, &c. Itali Planellas vocat.Hinc Soleatus, soleis calceatus,Ciceroni in Verre  
Act.vij.& in Oratione in Pisonē. Et Solearius, solearū cōfēctor, Plauto in Aulu.

**S P A T A L I V M**, muliebre ornamenti, inter delicias mulierū annumeratum à  
verbo *ανθελάω*, quod est deliciari. Plinius li.xiiij.c.xxv.codēmq; vltimo, tradit  
hęc spatalia a muliebribus confici è frutice plocamo. Id autem fuisse orna-  
mentū, ostendit illud Tertulliani lib.j.de cultu foeminarum: Cæterū nescio, an  
manus spatalio circumdari solita sit, & duritia catena stupescere sustineat.

**S P E C V L V M**, muliebribus ornamenti annumeratum Exodi 28.& Esaiā 3. di-  
ctum à speciendo, eò quod in eo se foeminae aspergent, vt dicit Varro libr.iiiij.de  
Ling.Lat. Vide suprà Catoptron.

**S P H E N D O N E**, σφυθνη, apud Pollucem lib.v.cap.xvj.vbi Gualtherus inter-  
pres Fundam vertit: que, vt nonnullis placet, pala annuli.

**S P H R A G I S**, σφραγις, & Sphragidum, σφραγίδη, annulus sigillatorius, siue  
sigillum: nam & id inter ornamenti muliebria ponit Pollux libr.v.cap.x.& lib.  
viij.cap.xxij. Vbi Sigillum verrit Gualtherus.

**S P I N T H E R**, armilla genus, quo mulieres vtebantur in brachio summo fini-  
stro, vt scribit Sextus Pompeius lib.xvij. At Priscianus lib.v.dicit id significare  
aut fibulam in humeris, aut armillam. Ex Plauto autem in Menæthimis, in mul-  
tis locis intelliges, id esse ex ornamenti muliebribus.

**S P I R A**, & diminutiū

**S P I R V L A**, à Plinio lib.xix.cap.xxxv.inter ornamenti muliebria refertur, cùm  
ait, vidisse se Lolliam Paulinam, Caij principis matronam, smaragdis margari-  
tisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus,  
collo, manibus, digitisque. De spiris quoque loquitur Xenophon Rer. Græca-  
rum lib.iiiij.cùm dicit, Ascenderant spiris induiti, perinde ac æstate. quasi scilicet  
id sit vestimentum æstiuum. Vide Cæl.lib.vxj.cap.ii.post princip.

**S T A L A G M I V M**, genus inaurium, vt tradit Sext. Pompeius lib.xvij.ex auto-  
ritate Cæciliij in Cratino, aut( vt alij scribunt) in Carine: Ex aure eius stalagmū  
domi habeo. Hac quoque dictione vñs est Plautus in Menæthimis:

*Amabo, mi Menæthme, in aures da mihi:  
Facienda pondo duūnum nummūm stalagmia.*

Sunt igitur ornamenta aurium, similitudinem stellarum congelatarum repræ-  
sentantia. *σαλαγγίος* enim stilla est. apud Sextum tamen in quibusdam codicibus  
Stalagnium legitur, in aliis Stalagninum, in aliis Stalaginum, vbique, arbitror,  
corrupté. Apud Plinius lib. xxxiiij.cap.xij. Stalagmias legitimus foeminae gen. pro  
purissimo chalcanthi generi in stiriarum formam concreto.

**S T O L A**, quam inter vestimenta muliebria ponit Vlpianus in l.vestis. §.mulie-  
bria. *¶*.de auro & arg.leg. & ante eum Tullius in vij.Philipp. Sumpſisti virilem  
togam, quam statim muliebrem stolam redidisti. Et Varro & Iosephus lib. i.9.  
ca.i.vbi Caligulam carpit, quod stolis muliebribus vteretur. Ea autem ad imos  
pedes demittebatur, vt scribit Nonius Marcellus, & probatur loco eo Tibulli,  
quem postea citabimus, alioque Horatij loco lib.j.Serm.Sat.ij.

*Magnō prognatū deposito Consule cumnum,  
Velatūmque stola. - Et paulo pōst:*

*Ad talos togā demissā, & circundata palla.*

Eratque propria honestarum matronarum. Ouidius de Arte amandi,

*E quid ab hac omnes rigida submouimus arte,*

*Quas stola contingi, sump̄aque vitta vetat?*

Et lib.

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

63

Ft lib.iiij.de Ponto, Epistol.iiij.ad Maximum:

*Sc̄rip̄simus hęc illis, quarum nec vitta pudicos*

*Attin̄git crines, nec stola longa pedes.*

Et Tibullus lib.j.Eleg.vj.

*Sit modō casta doce, quamvis non vitta ligatos*

*Impedit crines, nec stola longa pedes.*

Hinc stolatus pudor, pro honesto & matronali pudore dicitus à Martiale libr.j.  
Epigram. xcij.

*Quis Floraia vestit, & stolatum*

*Permitit meretricibus pudorem?*

Maximè autem erat hęc stola locupletum, & primariarum, vt toga plebeiarum  
& secundæ classis, vt Budæus, & alij nonnulli ex Horatio putant, dicta Saty.ij.  
lib.Serm.j.Nos autem postea de toga dicemus. Sed & stola virorum quoq; erat,  
vt multis probat Lazarus Bayfius lib.de re vestiaria, in princ. & vt videre licet  
ex Gen.cap.4.vbi Pharaon vestiuit Ioseph honoris causa stola byssina. Et cer-  
tè etiam apud Græcos confunditur. Nomen autem accepit ἀπὸ τοῦ σέμεδος, quod  
est indui. Vide infra in Toga.

**S T O M I A**, σώμα, à Polluce posita inter ornamenta colli libr.v.c.xvj.vbi Gual-  
therus vertit Oreas.

**S T R A G V L A**, & Stragulum, de quo apud Iurisconsultum in l.cùm tunicam.

*¶*.de auro & arg.leg. & in l.que situm est. §. sed si fundus. *¶*.de fund.instru. & in  
l.instrutum. *¶*.de verb.signif.vbi tu vide Alciatum.

**S T R E P T O S**, στρεπτος, torquis apud Persas, à στρεπτῳ, torqueo. Vnde apud Hero  
dotum στρεπτοφόροι, id est, torquati, siue torqueum ferentes. Polluci autem libr.v.c.  
xvj.στρεπτοὶ ponuntur inter ornamenta muliebria. Gualtherus vertit Fibulas: de  
quibus suprà diximus.

**S T R I G I L E S**, quibus vtebantur in balneis ad abradendas corporis fordes, su-  
dorēmque detergendum. Fiebant ex auro, & argento, & nonnunquam ex qui-  
buscumque lapidibus. Persius Sat.v.

*I puer, & strigiles Crispin.e ad balnea defer.*

De strigilibus quoque est Aphophoretum Martialis lib.xvij.Disticho 51.

**S T R O B I L I A**, στροβίλαι, posita inter ornamenta muliebria à Polluce lib.v.cap.  
xvj.vbi Gualtherus vertit Reculas.

**S T R O P H I V M**, στρόφιον, positum est à Polluce inter ornamenta muliebria: est  
que fascia breuis (vt inquit Nonius) que virginium papillarum tumorem co-  
hibet, testibus Plauto in Aulularia, Turpilio in Philopatro, Varroni in Sequi-  
ulyse, & Tullio in Clodium. Quibus addit illud Catulli in Argonauticis,  
*Non tereti strophio lactantes vincit a papillis.*

Aut, vt alij legunt, Teretes euincta papillas. Sed & Strophia coronæ dicebantur,  
ab insigni, quod imprimebatur capiti sacerdotum, ἀπὸ τοῦ στρόφεω, hoc est, à ver-  
tendo. Hinc Plinius libr.xxj.c.ij.in princ. Tenuioribus vtebantur antiqui, stro-  
phia appellantes: vnde Strophiola. Suidas verò scribit στρόφιον ἐν στρόγγυλον ζωά-  
ցιον, id est, rotundum cingulum, καὶ σέφανον θὲ λιφαλῆ, id est, coronam capitis.  
Vnde Virgilius in Copia:

*Et gryaudiūm roſēte caput strophio.*

De strophiis vide è nostris Catellianum Cottam, in memoriali, incipienti vin-  
dones Cilicij. Ab hoc autem dicuntur Strophiarij Plauto in Aulularia pro con-  
fectoris strophiorum.

**S T R O P H I O L V M**, diminutuum à strophio, vt iam docuimus Ex Plinio.

**S V B L I G A C V L V M**, & Subligar, prius apud Ciceronem libr.j.Officio.alte-  
rum apud Iuuenalem Sat.vj.Martialem lib.ijj. Epigramm. xlvi. & Plinius libr.  
xvij.cap.xvij. Est autem vtrunque id, quo pudendae partes corporis teguntur, vt  
tradit Nonius Marcellus. Hoc autem vtuntur & foeminae cùm in balneis ingre-  
diuntur. Castellio Leui.c.6.Subligacula vertit, que alij Feminalia interpretatur.

Strophiarij.

1 3

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

S V B V C V L A , genus vestis Nonio Marcello, ex Varronis libro primo de Vita pop. Rom. cuius verba haec sunt: Postea cum duas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subucula & indusium. Sed & idem Varro libro iij. de Ling. Lat. dicit Subuculam dictam, quod est subtus: ut Supparum, quod supra est. Acron autem explicans illud Horatij lib. j. Epist. j.

- Rides, si forte subucula pex. e

Trita subest tunice. --

Subucula (inquit) propriè dicitur pannus additius, à subiiciendo, vel à subfuendo. Diuus quoque Hieronymus ita de subucula loquitur in Iouianum: Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus. quem in eo reprehendit Beroaldus in Apuleij Afinum aureum, libro secundo, tanquam perperam intellexerit, quid pexa tunica est, vt ibi videre poteris. Vide item infra in dictione Supparus.

S V C C I N V M , hic non adstruxisse, nisi Plinius libro trigesimo septimo, capite secundo, hæc scripsisset: Proximum locum in deliciis, foeminarum tamen adhuc tantum obtinent succina. Id autem quid sit, ex eo loco, & capite sequenti intelliges, & ex Ruellio capite trigesimonono, libro primo, vbi & succinum decoris causa, quadam monilium vice, à mulieribus apud nos gestari scribit, ab aliis effictum in orbiculus seu verticilla, quibus preces suas annumerant in collo, brachiis, aut certè in cinctu ferri. De succino quoque est illud Iuuenalis Sat. ix.

Et cui tu viride m' umbellam, cui succina mittas

Grandia. --

S V D A R I V M , & diminutiū

S V D A R I O L V M , linteum, quo sudor faciei abstergitur, & nares purgantur, vt satis patet ex Suetonio in Nerone, capite vicesimo quinto, & clarissim capite quadragesimo octavo, duobus in locis: item ex Quintiliano libr. vij. cap. iij. & ex Martiale libr. ii. Epigrammate xxxvii. Sudarij autem appellatione vtitur Castellio Esa'ia cap. 3. pro eo quod vulgata editio habet Sindonem. Sudarioli appellatione vñus est D. Hieronymus ad Nepotianum de Vita clericorum. Vtrunque autem id est, quod vulgo nostrates mouchoir vocant. Vide supra Ricula.

S V F F I B V L V M est, vt scribit Festus Pompeius lib. xvij. vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod Vestales virgines sacrificantes in capite habebant: idque fibula comprehendebatur.

S V P E R H V M E R A L E , vide supra Epomis, & Humerale.

S V P P A R V S , sive Supparum, linteum est femoralis, ad talos usque pendens, vt tradit Nonius Marcellus: ita dictum, quod subtus appareat. Viriisque iste testimonia Plauti in Epidico, Nauij in Pedio, Afranij in Epistol. Varronis in Eumenidibus. Sextus autem Pompeius libr. xvij. Supparus, inquit, est vestimentum puellare, linteum, quod & subucula, id est, camisia dicitur, ex Afranio, vbi supra. Sed & hac voce vñus est Cicero, & Quintilianus, & Seneca, & Iuuenalis, & Apuleius. De subucula autem supra diximus: vbi & non nihil de supparo attulimus ex Varrone. Vide supra Palliolum.

S Y L L I B A , vide infra Thyfanon.

S Y M M E T R I A , συμμετρία, vestis talaris, hoc est, ad talos usque demissa, apud Pollucem lib. vij. cap. xij.

S Y N T H E S I S , significat genus vestis, quo ditiores ad sumptum vti solent: & interdum omnem vestem in vestiariorum positam, in l. Titia. §. j. D. de auro & argento legato. Extat de synthesi Martialis Apophoretum libro decimoquarto, dicticho cxli.

Dum toga per quinas gaudet requiescere luces,

Hos poteris cultus sumere iure tuo.

S Y R M A , cauda sive tractus vestis foeminarum. Martialis libro primo, Epigrammat. clv.

Musa

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

64

Musa nec insano syrmate nostra tumet.

Item lib. xij. Epigram. xcj.

Aptasti longum tu quoque syrma tibi.

Dictum est autem Syrma οὐρὴ τὸ σύρμα, hoc est, ab eo quod trahatur.

T A E N I A E , τανίαι, sunt, quas vittas vocant, quibus crines ligantur, vt ait D. Hieronymus in Esa'iam ca. iij. Verum ita de his loquitur Sextus Pompeius li. xvij. Tænias Graciam vocem sic interpretatur Verrius, vt dicat ornamenti esse lancum capitum honorati. idq; ex autoritate Cæcilij in Androgyno, Enni in Alexander, & Accij in Neoptolemo, vt ibi videre poteris. Sunt qui dicant, tæniam esse vittarum extremitatem: vt Seruus interpretans illud Virgilij vij. Aeneid.

-- Fit tortile collo

Aurum ingens coluber, fit long. & tænia vitte.

Donatus autem ibi simpliciter interpretatur, tæniam, id est vittam. Nam sunt qui totam vittam esse dicant, ex eodem Virgilio lib. v.

Pumiceis ibant euincti tempora tenuis.

quod & sentit Hieronymus loco iam citato. De vitta autem dicemus infra suo loco. Sunt item, qui tæniam dicant zonam esse. Vide Cælium Rhodig. li. xvij. c. x. in fi. Sunt & qui fasciam interpretentur. Tænion vero neutro genere, Atticè συνδεσμος, peccatorale est, sive torques, aut monile. Consule Lexicon.

T A L A R E , vide supra παλιοπόριον.

T A N T H E V R I S T I , τανθεριστι, quedam ornamenti genera, lapillos quodam à se dependentes habentia: ita dicti à motu gemmarum, vt tradit Pollux libro v. capite xv.

T A R E N T I N A , genus ornamenti muliebris, Aeliano li. vij. de Varia Historia.

T H E R I S T R A , qua & Theristria, (vtrunque enim reperitur) inter ornamenta muliebris posita Esa'ia 3. c. quo in loco D. Hieronymus dicit, ea à nobis Palliose posse appellari, quibus obvoluta fuit Rebecca, & hodie quoque Arabie & Mesopotamie mulieres operiuntur: qua Hebraicè dicuntur, יְרִירִים. Græcè δέσιρα, η δέσιρα dicta, ab eo quod ὁ δέσπος, hoc est, in aestate & cauitate corpora protegant foeminarū. Hæc ille. Locus autem ille de Rebecca est Genef. 24. ad fin. quæ interpres Latinus ita vertit: At illa tollens citò pallium suum operuit sc. Ca stellio autem Flæcum vertide quo & nos supra diximus. Idem Hieronymus in li. Hebraicarum traditionum in Genesim, Theristrum, inquit, palliū dicitur, genus etiam nūc Arabici vestimenti, quo mulieres prouinciae illius velantur. Id autem esse αφιων vestem, vt chimastrō (de quo supra diximus) hymalem, plerique autant. Differentiam autem theristri, & theristri videtur facere Pollux li. vij. c. xiiij. vbi vtrunque ponit inter vestimenta cōmunita viris & mulieribus. Horum prius Gualtherus vertit Messoriā vestem: alterū in sua voce Græca reliquit.

T H R E N A , qua Cypris dicuntur vestes floridæ ac variegatæ, ab animalibus eiusdem nominis, varietate distinctæ ac maculosis, id est, τετροπιλεύοντι, apud Thessalos, vt è recentioribus tradit Cælius Rhodiginus lib. xvij. cap. ix.

T H Y S A N O N , θύσανον, sive etiam Thyisanon, (nam vtrunque reperitur) quod & Syllibam vocari tradit Pollux li. vij. cap. xiiij. Est autem fimbria, sive ala. Huius meminit Homerus in ornamenti Iunonis libr. xiiij. Iliad.

Ζώστρο δὲ ζώνη ένατή θυσάνον αγγεῖον.

Pro qua voce Eobanus Hessius Bullas vertit, Andreas autem Diuus, Fibras. Ab hac autem voce deducto epitheto, idem Homerus alicubi αγρίδα θυσανόεσσα appellat.

T I A R A , ornamentum capitum, quo primū vsæ sunt mulieres Persicæ, & postea Reges, & Sacerdotes. Hanc quoque inter ornamenta muliebria enumerat Pollux li. v. c. xvij. Hanc ita describit D. Hieronymus ad Fabiolam. Quartum genus vestimenti est pileolū rotundū, quæ si sphera media sit diuisa, & pars altera ponatur in capite. Hoc Græci, & nostri, tiaram vocant: nonnulli galerum. Non habet

1 4

IN TERTIAM LEG. CONNVB.

acumen in summo, nec totum caput vñque ad comas tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit: atque ita in occipito vitta constricta est, vt non facilè labatur ex capite. De Tiara autē reperies apud Plautū in Persa, Virgiliū vij. Aen. Ouidiū ii. Metamor. Iuuenalē Sat. vj. Exodi c. 28. & 29. & Ezechielis c. 23. **TIBIALIA**, quibus tibiae veluntur, cōque nomine id etiam armorum genus intelligimus, quo tibiae muniuntur: vt apud Iurisconsultum in l. qui commeat. §. j. D. de re mili. & apud Suetonium in Augusto. Graci vocant *lenusias*. Homerus iij. Iliad. loquens de Paride:

*κνητικες μηνητα ποπι λενυσια εθικε.*

**TOGA**, quam & Iurisconsultus in l. vestis. §. virilia. D. de aur. & arg. leg. ponit inter virilia vestimenta, non solū viris, verū etiam fœminis in vñfū esse solet, vt scribit Nonius Marcellus ex autoritate Afrani in Fratriis: Equidem prandere stantem nobisū incinctā togam. Et Varronis li. j. de Vita pop. Romani: Præterea quād & in lecto togas habebant. Antē enim olim fuit cōmune vestimentum, diurnum & nocturnum, virile & muliebre. Tandem verò obtinuit, vt mulieres adulterij conuictæ, in publicum egredi togatae cogerentur: vt probatur ex Iuuenale Saty. ij.

*Damnetur, si vis, etiam Calphurnia, talem*

*Non sumet dammata togam.* — Et Martialis lib. ij. Epigram. xxxix.

*Coccina famosæ donas & ianthina mœche.*

*Vis dare, que meruit, munera? mitte togam.*

Hinc Tibullus lib. iiiij. ad Sulpitium, Togam pro scorto posuit.

*Sit tibi cura togæ potior, preſumque quaſifilo*

*Scortum, quam Serui filia Sulpitia.*

Similiter Horatius Togatam pro scorto vñspauit libr. j. Serm. Saty. ij.

— *Quid inter-*

*Eſſi, in matrona, ancilla, pecc̄ſue togata.*

Quem in locum Acron, Matrona, inquit, quē à maritis ob adulterium repudiantur, togam accipiebant, remota stola, propter ignominiam. Toga autem metretici apta. Ita enim proflare solebant cum togis puellæ, vt discerneretur à matronis: & ideo quæ adulterij damnae fuerant, hac veste vtebantur. Eadem fere ibidem scribit Porphyrius.

**TORQUES**, & Torquis, res omnibus nota. Est enim circulus aureus, vel argenteus, vel alterius materiæ, flexilis, obtortus, colli & summi pectoris ornatum: ponitūque inter ornamenta muliebria Eſaiæ 3.ca. vbi Hieronymus tradit, eum pendere vñque ad pectus. & Ezechielis xv.j. ibi. Et dedi torquem circa collum tuum. Id autem est, quod vulgo Chaine vocamus. Hincq; Torquata columba dicta Propertio lib. iiij. Eleg. v.

*Sed cape torquatæ, Venus ô Regina columbe, &c.*

Et Torquatus palumbus Martiali lib. xiiij. disticho lxvij.

*Inquinat torquati tardant, hebet ante palumbi,*

Torquem autem habent ex pſſatis nonnulli, teste Plinio lib. x.c. xlj. India (inquit) autem hanc mittit, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Apuleius quoque li. vj. columbas Veneris currū trahentes, torquatas facit. Procedunt (inquit) quatuor columba candidæ, hilares incessibus, pītæ colla torquibus, iugumque gemmeum subeunt.

**TRICAE**, leuiora mulierum ornamenta, ita dicta, quōd vana sint & utilia.

**TRICAPTON**, *τρικαπτον*, inter ornamenta muliebria positum à Septuaginta interpretibus, Ezechielis xv.j. c. nullo tamen Græcorum vñfū aut exemplo, vt scribit D. Hieronymus in Commentariis eius loci. Idq; subdit suis tanta subtilitate vestimentū, vt pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur: vnde & ego (inquit) volens tenuitatem exprimere vestimenti, pro Trichapto, subtilius transtuli, Quod tenui stamine atque subtegmine textum erat. Castellio autem Sericum vertit.

TRICH

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

65

**TRICHYPHA**, apud Pherecretam Poëtam, pro puellarum indumentis intelligit Athenæus.

**TRIGASTRA**, *τριγαστρα*, inter ornamenta muliebria recensentur à Polluce libr. vij. cap. xxij.

**TRIOPIS**, *τριωπης*, monilis species, tres veluti oculos habentis, apud Pollucem libr. v. cap. xv.

**TROPHIVM**, ornamenti genus, quod Psychæ à Tritonia datum scribit Marianus Capella lib. j. nisi illic Strophium legendum sit, quod magis credo: de quo suprà diximus.

**TVNICA**, non virorum solū, sed & mulierum vestimentum fuit, vt satis significat Iurisconsultus in l. vestis. §. muliebria. D. de auro & argento legato. Et Ouidius libr. Amorum iiij. Eleg. vj.

*Sic etiam tunica tangitur illa sua.*

Et libr. ij. de Arte amandi:

*Adſliterit tunicata? mores incendia, clama:*

*Sed timida, caueat frigora, voce roga.*

Et Martialis libr. ii. Epigram. 100. ad Lesbiam:

*De carhedralis quoties surgis (iam ſepe notau)*

*Pedicant miſeram Lesbia te tunice.*

Ex quibus intelligis, tunicā eam esse, qua cuti omnino proxima est, quam camisiam vocamus: quod & videre licet cum ex aliis multis autorū locis, tum ex illo Plauti in Trinūmo, Tunica pallio propior est: de quo etiam diximus in Pallio.

*Tunica pallio  
propior, pro  
uerbum.*

**VELVM**, atque etiam **VELAMEN**, & Velamentum, quo scilicet mulier caput velat, & operit, vel frigoris vel vmbrae causa. Vide infrā Umbella. & in l. quæſitum est. §. si domus. D. de fund. instruct. & instrum. lega. Vide etiam supra Entropides.

**VENTRALE**, vestimentum ventrum contingens, apud Plinium libr. viij. cap. xlviij. de quo & suprà, ni fallor, diximus in Semicinctiis.

**VERTEBRAE**, vide suprà Helices.

**VIRIAE**, & diminutiæ

**VIRIOLAE**, de quibus in largumento. §. ornamenta. D. de auro & argento legato. vbi ponuntur inter ornamenta muliebria, & l. vltim. D. codem titu. cūm dicitur, Lineas duas ex margaritis, & viriolas è smaragdis. & l. si tibi. §. j. de optio. lega. vbi scribitur, Si ex quatuor viriolis duæ, quas elegiſsem, mihi legatae fint, &c. De viriis autem meminit Plinius libro xxxij. capite iij. haud multo post princip. Ut habeant in lacerti iampridem & viri, quod è Dardanis venit: itaque Dardanium vocatur. Viria Celticæ dicuntur: viriles Celtibericæ. Habeant fœminæ in armillis, digitisque totis, collo, auribus, spiris, &c. De vtrisque loquens Nebrisſensis in Lexico Iuris ciuilis, eas dicit esse armillas, ex gemmis margaritisque auro celatis. Catellianus Cotta in memor. incipien. viriolæ. dicitio nomine significari minores annulos, quos vulgus corrupto vocabulo vergettas appellat. Bayflus in libello de re vestiaria, ait, fibi videri Iuuenalem viriolas designare, cūm scribit Saty. vj.

*Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,*

*Cum virides gemmas collo circundedit, & cum*

*Auribus extensis magnos commisſu clenchos.*

tanquam scilicet ha viriolæ fierent ex gemmis viridibus: nec tamen aliquid ea in re certi diffinit. D. Ambroſius in lib. j. de Abraham Patriarcha, cap. 9. codemque vlt. interpretans xxij. cap. Genesios, vbi cæteri interpretes vertunt Armillas, is Virias tranſtulit.

**VITTAE** & ipſæ numerantur inter ornamenta muliebria, in largumento. §. ornamentorum. D. de aur. & arg. leg. quibus scilicet mulieres capillos colligat: vt satis ostendit illud Ouidij. j. Metamorphos.

15

IN TERTIAM LEG. CONNV.

Vitta coērcebat positos sine lege capillos. Et libr.ij.  
 Vitta coērcebat neglectos alba capillos.  
 Erantque olim propriae honestarum matronarum, virginum, & Vestalium;  
 Tibullus lib.j. Eleg.vj.  
 Sit modo castra doce, quamvis non vitta ligatos  
     Impedit crines, nec stola longa pedes.  
 Virgilius lib.vij. Aen.loquens de Amata Regina:  
     Fit tortile collo  
     Aurum ingens coluber, fit longa et tenia vittae,  
     Inneclitque comas.  
 Ouidius lib.ij. Fastor.de Sylvia Vestali:  
     Decidit ante sacros linea vitta focos.  
 Et libr.iiij. eiusdem operis:  
     Rite Deam Latie colitis matresque nurisque,  
         Et vos, quae vittae longaque vestis adeft.  
 Et libr.vj. eiusdem operis:  
     Nullaque dicitur vittas temerasse sacerdos,  
         Hoc duce, nec viva defodietur humo.  
 Et lib.iij.de Ponto, Epist.ij.ad Maximum:  
     Scriptimus hec illis, quarum nec vitta pudicos  
         Attingit crines, nec stola longa pedes.  
 Et libr.ij. Amor. Eleg.vj. loquens de Ilia Vestali:  
     Quo cultus abiere tuis quid sola vagaris?  
         Vitta nec euincas impedit alba comas?  
 Et libr.j.de Arte amandi, haud procul à principio:  
     Est procul vittae tenues, insigne pudoris.      Et rursus:  
     Ecquid ab hac omnes rigida summonimus arte,  
         Quas stola contingi, sumptaque vitta vetat?  
 Hinc Vittata sacerdos. Lucano libr.j.Pharsalia:  
     Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos.  
 Et Iuuenali Saty.iiij. post princip.  
     Cum quo nuper vittata iacebat  
         Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.  
 Item Ouidio libr.j. Amor. de Cassandra vate, & sacerdote:  
     Hic, nisi vittatis quod erat Cassandra capillis, &c.  
 Haec alio nomine Tæniae appellantur, vt placet D. Hieronymo in Esaïam iiij.ca.  
 quemadmodum & suprà diximus in dictione Tænia. Vitta fit mentio in c.foeminae. xxx.q.v. Virtutem crinalem memorat Martianus Capella lib.j. Sed & vittas viriles fuisse, ostendit illud Virgilij iiij. Aeneid.  
 Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos,  
     Vittis, & sacra redimitus tempora lauro,  
         Occurrit.--

UMBELLA, & Umbraculum, quo foeminae arcent Solis ardore. De priori est testimonium apud Iuuenalem Saty.ij.  
 Et cu tu viridem umbellam, cui succina mittas  
     Grandia. De altero illud Ouidij iij. Fastor.  
     Aurea pellebat tepidos umbracula soles.  
 Et illud Martialis lib.xvij. Epigram. xxvij.  
     Accipe, que nimios vincant umbracula Soles:  
         Sit licet & ventus, te tua vela regent.

VNGVENTA, id est, uirga, ornamentis muliebribus annumerat Pollux libr. vij. capite vicesimosecundo.

VNIONES, qui & margaritæ dicuntur, vt suprà docuimus, ponuntur & ipsi inter ornamenta muliebria in l. Scia in princip. D. de aur. & arg. leg. Et de his quoque

GLOSSAE PRIMAE PARS III.

66

quoque fit mentio in l. apud Celsum. item queritur si vniones. D. de doli exceptione. Scribit Aelius Lampridius, Alexandrum Seuerum Imperatorem Rom. cum quidam Legatus vniones duos vxori eius obtulisset, magni ponderis & inusitatæ mensuræ, vendi eos iussisse: & cum pretium non inuenirent, ne exemplum malum à Regina nasceretur, si eo vteretur, quod emi non posset, in auribus Veneris eas dicauisse. Plinius xxxvij. cap. iiij. tradit vniones aure circumferri, gemmas digitis.

XANION, ξανιον, inter instrumenta muliebria positum à Polluce lib.x.ca. xxvij. vbi Gualtherus vertit Calamistrum, de quo suprà diximus.

XENION, ξενιον, auratum capitii ornementum, ex eodem Polluce libr.v.cap. xv. qui idem etiam λεφενον dici asserit, de quo suprà.

XERAMPELINAЕ vestes, matronales dictæ, ab ampelino colore, qui medius est inter coccum & muricem. Has Merula scribit etiam Atrebaticas fuisse appellatas apud Iuuenalem Sat. vj.

Er xerampelinis vestes donauerit ipsi.

XYRON, ξυρων, inter ornamenta muliebria positum Polluci libr.vij.cap.xxij. & libr.x.cap.xxvij. Gualtherus vtrobique Nouaculam vertit.

XYSTIS, ξυστις, talaris tunica & muliebris Cælio libr.xxj.cap.xvij. Hanc autem ponit Pollux inter vestimenta communia virorum, & mulierum libr.vj. cap.xvij. Clemens verò Alexandrinus Pædagog. lib.ij. cap.x. inter vestes mulieribus proprias. Nec desunt, qui dicant esse vestem subtilem, à ξυστω, quod puluerem radat aut vt alij malunt, ἀπὸ τοῦ ξυστοῦ, quod sit veluti rasum propter tenuitatem

ZINICHION, corrigia calceamenti.

ZOMA, ζωμα, & Zofma, ζωμα, cingulum, zona, quæ propriè est anuum, vt tradit Pollux libr.vij.cap.xvij. ex autoritate Menandri, & rufus libr.ij.cap.iii. vbi de Thorace loquitur.

ZONA, & diminutiuē

ZONVLA, apud Catullum in Epithalamio Iuliæ. Græcis dicuntur ζωνη, & diminutiuē ζωνιον. Ammonius autem tradit ζωνη virorum esse, ζωνη mulierum. Sed priùs illud promiscuè de virorum & mulierum cingulo dicitur. Nam inter muliebria ornameta enumeratur etiam à Iurisconsulto in l. vestis. g. muliebria, D. de aur. & arg. leg. Cui adstipulatur Martialis libr.xvij. disticho clvj.

Longa satis nunc sum: dulci sed pondere venter

Si tumeat, siam tum tibi & ona breuis.

Qui locus in memoriam afferit historiam vetustissimam. Ferunt enim, Admetam Eurystei filiam, Hippolytam Amazonum Reginæ zonam celebratissimam admodum concipiunt: ideoque Eurystem Herculi id munera imposuisse, qui cum Theseo, Telamone, alisque nonnullis comitatus, Themiscyram peruenisset, Amazonum vrbem, cum illis Iunonis monitu concitatis, præliu dicitur conseruisse, & Hippolytam contra se stantem intercessisse, eiisque zonam abstulisse, quam postea Admetæ tradidit. Sunt tamen, qui non interfectam ab Hercule Hippolytam velint, neque zonam illam eo modo fuisse raptam: sed cum sororem illius Menalippam ex insidiis Hercules exceperisset, Hippolytam pro eius redemptione sponte sua cingulū Herculi tradidisse. Postea autem eius cinguli gratia Amazonas cum exercitu Athenas peruenisse, & vniuersam Atticam deuastasse. Iulus Pollux libr.ij.cap.iiij. quo loco de thorace differit, scribit ζωνη Græcis dici, quam Romani Fasciam vocat. Dicitur autem zona à Græco verbo ζωνη, quod est cingo. Præter hæc vide, quæ amplius dicam de zonis, num. ab hinc iij. De Cingulo autem supra diximus suo ordine, vbi etiam de Cintura, quæ idem significat.

28 ¶ Suntque alia proprie infinita ornamentorum & vestimentorum muliebrium genera, quorum bonâ partem videbis apud Aristophanem vbiq[ue], sed potissimum Autores, à qui b[us] ornamen-